

DOMINI NOSTRI SACRATISSIMI
PRINCIPIS IUSTINIANI
IURIS ENUCLEATI EX OMNI VETERE IURE COLLECTI
DIGESTORUM SEU PANDECTARUM
PARS PRIMA (ΠΡΩΤΑ)

PARTE PRIMERA DEL DIGESTO

6

PANDECTAS DEL DERECHO CORREGIDO

Y SACADO DE TODO EL ANTIGUO DERECHO

POR ORDEN

DEL SACRATÍSIMO PRÍNCIPE NUESTRO SEÑOR JUSTINIANO
(PRELIMINARES)

LIBER PRIMUS

LIBRO PRIMERO

TIT. I

TITULO I

DE IUSTITIA ET IURE

DE LA JUSTICIA Y DEL DERECHO

1. ULPIANUS *libro I. Institutionum.*—Iuri operam daturum prius nosse oportet, unde nomen iuris descendat. Est autem a iustitia appellatum; nam, ut eleganter Celsus definit, ius est ars boni et aequi.

§ 1.—Cuius merito quis nos sacerdotes appellet; iustitiam namque colimus, et boni et aequi notitiam profitemur, aequum ab iniquo separantes, licitum ab illicito discernentes, bonos non solum metu poenarum, verum etiam praemiorum quoque exhortatione efficere cupientes, veram, nisi fallor, philosophiam, non simulatam affectantes.

§ 2.—Huius studii duae sunt positiones, publicum et privatum. Publicum ius est, quod ad statum rei Romanae spectat, privatum, quod ad singulorum utilitatem; sunt enim quaedam publice utilia, quaedam privatim. Publicum ius in sacris, in sacerdotibus, in magistratibus consistit (1). Privatum ius tripartitum est; collectum etenim est ex naturalibus praeceptis, aut gentium, aut civilibus.

§ 3.—Ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit; nam ius istud non humani generis proprium, sed omnium animalium, quae in terra (2), quae in mari nascuntur, avium quoque commune est. Hinc descendit maris atque feminae

1. ULPIANO; *Institutiones, libro I.*—Conviene que el que haya de estudiar el derecho, conozca primero de dónde proviene la palabra *ius* (derecho). Llámase así de *iustitia* (justicia); porque, según lo define elegantemente Celso, es el arte de lo bueno y equitativo.

§ 1.—Por cuyo motivo alguien nos llama sacerdotes; pues cultivamos la justicia, profesamos el conocimiento de lo bueno y equitativo, separando lo justo de lo injusto, discerniendo lo lícito de lo ilícito, deseando hacer buenos á los hombres no sólo por el miedo de las penas sino también con la incitación de los premios, buscando con ansia, si no me engaño, la verdadera filosofía, no la aparente.

§ 2.—Dos son los aspectos de este estudio, el público y el privado. Es derecho público, el que se refiere al estado de la cosa romana; privado, el que á la utilidad de cada individuo; pues unas cosas son útiles pública, y otras privadamente. El derecho público consiste en las cosas sagradas, las de los sacerdotes, y las de los magistrados. El derecho privado consta de tres partes, pues está compuesto de los preceptos naturales, ó de los de gentes, ó de los civiles.

§ 3.—Derecho natural es aquel que la naturaleza enseñó á todos los animales, pues este derecho no es peculiar del género humano, sino común á todos los animales, que nacen en la tierra ó en el mar, y también á las aves. De aquí procede la

(1) *Hal.*; constitit, *Fl.*

(2) quae in coelo, *inserta la Vulg.*

duxerunt adiuvandi, vel supplendi, vel corrigendi iuris civilis gratia, propter utilitatem publicam; quod et honorarium dicitur, ad honorem (1) praetorum sic nominatum.

8. MARCIANUS libro I. *Institutionum*.— Nam et ipsum ius honorarium viva vox est iuris civilis.

9. GAIUS libro I. *Institutionum* (2).— Omnes populi, qui legibus et moribus reguntur, partim suo proprio, partim communi omnium hominum iure utuntur. Nam quod quisque populus ipse sibi ius constituit, id ipsius proprium civitatis est, vocaturque ius civile, quasi ius proprium ipsius civitatis; quod vero naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes peraeque custoditur, vocaturque ius gentium, quasi quo iure omnes gentes utuntur.

10. ULPIANUS libro I. *Regularum*.— Iustitia est constans et perpetua voluntas ius suum cuique tribuendi (3).

§ 1.—Iuris praecepta sunt haec: honeste vivere, alterum non laedere, suum cuique tribuere.

§ 2.—Iurisprudencia est divinarum atque humanarum rerum notitia, iusti atque iniusti scientia.

11. PAULUS libro XIV. *ad Sabinum*.— Ius pluribus modis dicitur. Uno modo, quum id, quod semper aequum ac bonum est, ius dicitur, ut est ius naturale; altero modo, quod omnibus aut pluribus in quaque civitate utile est, ut est ius civile; nec minus ius (4) recte appellatur in civitate nostra ius honorarium. Praetor quoque ius reddere dicitur, etiam quum inique decernit, relatione scilicet facta non ad id, quod ita Praetor fecit, sed ad illud, quod Praetorem facere convenit. Alia significatione ius dicitur locus, in quo ius redditur, appellatione collata ab eo, quod fit, in eo, ubi fit; quem locum determinare hoc modo possumus: ubicunque (5) Praetor salva maiestate imperii sui salvoque more maiorum ius dicere constituit, is locus recte ius appellatur.

12. MARCIANUS libro I. *Institutionum*.— Nonnunquam ius etiam pro necessitudine dicimus, veluti: est mihi ius cognationis vel affinitatis.

TIT. II

DE ORIGINE IURIS ET OMNIUM MAGISTRATUUM, ET
SUCCESSIONE PRUDENTUM (6)

[Cf. *Cód. I. 17. Const. de nov. Cod. fac.; Const. Omnem, ad Antec.; Prooem. Inst.*]

1. GAIUS libro I. *ad legem XII. Tabularum*.— Facturus legum veterum interpretationem,

(1) ab honore, *Vulg.*
(2) *Gayo Inst. I. §. 1.*
(3) *tribuens Vulg.*
(4) *civile, inserta la Vulg.*

utilidad pública introdujeron los pretores, para ayudar, ó suplir, ó corregir el derecho civil; el cual se llama también honorario, habiéndosele denominado así en honor de los pretores.

8. MARCIANO; *Instituciones, libro I.*—Porque también este mismo derecho honorario es viva voz del derecho civil.

9. GAYO; *Instituciones, libro I.*—Todos los pueblos, que se rigen por leyes y costumbres, usan en parte del suyo propio, y en parte del derecho común á todos los hombres. Porque el derecho que cada pueblo constituyó él mismo para sí, es propio de la misma ciudad, y se llama derecho civil, como derecho peculiar de aquella misma ciudad; pero el que la razón natural establece entre todos los hombres, es observado igualmente por todos, y se llama derecho de gentes, como derecho de que se valen todos los pueblos.

10. ULPIANO; *Reglas, libro I.*—Justicia es la constante y perpétua voluntad de dar á cada uno su derecho.

§ 1.—Los principios del derecho son estos: vivir honestamente, no hacer daño á otro, dar á cada uno lo suyo.

§ 2.—Jurisprudencia es el conocimiento de las cosas divinas y humanas, y la ciencia de lo justo y de lo injusto.

11. PAULO; *Comentarios á Sabino, libro XIV.*—Dícese derecho en varias acepciones. En una, cuando se llama derecho lo que es siempre equitativo y bueno, como es el derecho natural; en otra, lo que en cada ciudad es útil para todos ó los más, cual es el derecho civil; y no menos rectamente se llama derecho en nuestra ciudad el derecho honorario. Dícese también que el pretor administra derecho, aun cuando decide injustamente, atendiéndose, por supuesto, no á lo que de tal manera hizo el pretor, sino á lo que convino que el pretor hiciera. En otra significación llámase derecho al lugar en que se administra el derecho, aplicando el nombre de lo que se hace al lugar en donde se hace; cuyo lugar podemos determinar de este modo: donde quiera que el Pretor, salva la majestad de su jurisdicción y salva la costumbre de los mayores, determina pronunciar derecho, este lugar se llama con razón *ius* (derecho).

12. MARCIANO; *Instituciones, libro I.*—También decimos algunas veces derecho por parentesco, por ejemplo: tengo derecho de cognación ó de afinidad.

TITULO II

DEL ORIGEN DEL DERECHO Y DE
TODAS LAS MAGISTRATURAS,
Y DE LA SUCESIÓN DE LOS JURISCONSULTOS

[Véase el *Cód. I. 17. Const. de nov. Cod. fac.; la Const. Omnem, á los Profesores; y el Prooemio de la Inst.*]

1. GAYO; *Comentarios á la ley de las Doce Tablas, libro I.*—Habiendo de interpretar las leyes an-

(5) *ut ubicunque — appletur, Hal.*
(6) *Así Taur., habiendo seguido al Cód. Flor. y á Hal.; el mismo texto Fl., omitiendo prudentum, dice eorum, (acaso Ictorum) agregado recientemente. Br.*

necessario prius ab Urbis initiis repetendum existimavi, non quia velim verbosos commentarios facere, sed quod in omnibus rebus animadverto id perfectum esse, quod ex omnibus suis partibus constaret. Et certe cuiusque rei potissima pars principium est. Deinde, si in foro causas dicentibus nefas, ut ita dixerim, videtur esse, nulla praefatione facta iudici rem exponere, quanto magis interpretationem promittentibus inconveniens erit, omissis initiis atque origine non repetita atque illotis, ut ita dixerim, manibus protinus materiam interpretationis tractare? Namque nisi fallor, istae praefationes et libentius nos ad lectionem propositae materiae producunt, et quum ibi venerimus, evidentior praestant intellectum.

2. POMPONIUS libro singulari *Enchiridii*.—Necessarium itaque nobis videtur, ipsius iuris originem atque processum demonstrare.

§ 1.—Et quidem initio civitatis nostrae populus sine lege certa, sine iure certo primum agere instituit, omniaque manu a Regibus (1) gubernabantur.

§ 2.—Postea aucta ad aliquem modum civitate, ipsum Romulum (2) traditur populum in triginta partes divisisse; quas partes curias appellavit propterea, quod tunc reipublicae curam per sententias partium earum expediebat. Et ita Leges quasdam et ipse curiatis ad populum tulit; tulerunt et sequentes Reges; quae omnes conscriptae exstant in libro Sexti Papirii, qui fuit illis temporibus, quibus Superbus, (3) Demarati Corinthii filius, ex principalibus viris. Is liber, ut diximus, appellatur ius civile Papirianum; non quia Papirius de suo quidquam ibi adiecit, sed quod leges sine ordine latas in unum composuit.

§ 3.—Exactis deinde Regibus lege Tribunicia omnes leges hae (4) exoleverunt, iterumque coepit populus Romanus incerto magis iure et consuetudine ali, (5) quam per latam legem; idque prope viginti annis passus est.

§ 4.—Postea ne diutius hoc fieret, placuit publica auctoritate decem constitui viros, per quos peterentur leges a Graecis civitatibus, et civitas fundaretur legibus; quas in tabulas eboreas perscriptas pro rostris composuerunt, ut possint leges apertius percipi (6). Datumque est iis ius eo anno in civitate summum, uti leges et corrigerent, si opus esset, et interpretarentur, neque provocatio ab iis, sicut a reliquis magistratibus fieret. Qui ipsi animadverterunt aliquid deesse istis primis legibus; ideoque sequenti anno alias duas ad easdem tabulas adiecerunt; et ita ex (7) accidentia appellatae sunt leges duodecim tabularum, quarum ferendarum auctorem fuisse decemviris Hermodorum quendam Ephesium, exsulantem in Italia, quidam retulerunt.

§ 5.—His legibus latis coepit, ut naturaliter

tiguas, he juzgado necesario remontarme antes á los principios de Roma, no porque pretenda escribir dilatados comentarios, sino porque considero que en todas las cosas es perfecto lo que consta de todas sus partes. Y en verdad, el principio es la parte más principal de cualquiera cosa. Además, si parece que no es lícito, por decirlo así, á los que en el foro defienden causas exponer al juez el asunto sin haber hecho ningún exordio, ¿cuánto más inconveniente será para los que prometen una interpretación, tratar desde luego la materia de la interpretación, omitiendo los comienzos, sin hacer mención del origen, y, por así decirlo, sin haberse lavado las manos? Porque, si no me engaño, estos prefacios nos llevan también con más gusto á la lectura de la materia propuesta, y cuando á ella llegamos, facilitan su más clara inteligencia.

2. POMPONIO; *Manual, libro único*.—Así, pues, nos parece necesario exponer el origen y el desarrollo del mismo derecho.

§ 1.—Y ciertamente en el comienzo de nuestra ciudad el pueblo determinó primero vivir sin ley cierta, sin derecho cierto, y todo se gobernaba con la fuerza por los reyes.

§ 2.—Aumentada después la ciudad algún tanto, dicese que el mismo Rómulo dividió el pueblo en treinta partes; á cuyas partes llamó curias, por cuanto entonces atendía al cuidado de la república por los pareceres de aquellas partes. Y así promulgó él mismo para el pueblo algunas leyes llamadas curiadas; también las promulgaron los siguientes reyes; todas las que se hallan reunidas en un libro de Sexto Papirio, que fué uno de los varones principales de aquellos tiempos, en que reinó Soberbio, hijo de Demarato Corintio. Este libro se llama, según dijimos, derecho civil Papiriano; no porque Papirio añadió en él cosa alguna suya, sino porque reunió en un cuerpo las leyes sin orden promulgadas.

§ 3.—Expulsados después los reyes por la ley Tribunicia, cayeron en desuso todas estas leyes, y comenzó otra vez el pueblo Romano á regirse más bien por un derecho incierto y por la costumbre, que por ley alguna promulgada; y toleró esto casi veinte años.

§ 4.—Después, para que esto no continuase por más tiempo, plugo que se constituyeran con autoridad pública diez varones, por los que se buscasen leyes en las ciudades griegas, y la ciudad de Roma se fundara en leyes; las cuales, grabadas en tablas de marfil, pusieron en los *Rostra* del foro, para que más claramente pudieran conocerse. Y por aquel año se les dió la suprema potestad en la ciudad, para que, si fuese necesario, corrigiesen las leyes, y las interpretasen, y de ellos no se apelase, como de los demás magistrados. Ellos mismos advirtieron que algo faltaba á estas primeras leyes; y por esto el año siguiente añadieron otras dos á las mismas tablas; y así por este accidente se llamaron leyes de las Doce Tablas, de cuya promulgación, dijeron algunos, habia sido inspirador para los decenviros cierto Hermodoro de Efeso, desterrado en Italia.

§ 5.—Promulgadas estas leyes, comenzó, según

(1) manu regis, *Hal.*
 (2) ipse Romulus, *Hal.*
 (3) Superbus, *omitela Hal.*; *Taur. la escribe con letra minúscula.*

(4) hae, *omitela la Vulg.*
 (5) consuetudine aliqua uti, quam perlata lege, *Hal.*
 (6) perspicui, *Vulg.*
 (7) ex accidente, *Hal.*

evenire solet, ut interpretatio desideraret prudentium auctoritate necessariam esse disputationem (1) fori. Haec disputatio et hoc ius, quod sine scripto venit compositum a prudentibus, propria parte aliqua non appellatur, ut ceterae partes iuris suis nominibus designantur, datis propriis nominibus ceteris partibus (2); sed communi nomine appellatur ius civile.

§ 6.—Deinde ex his legibus eodem tempore fere actiones compositae sunt, quibus inter se homines disceptarent; quas actiones ne populus, prout vellet, institueret, certas sollemnesque esse voluerunt; et appellatur haec pars iuris legis actiones, id est, legitimae actiones (3). Et ita eodem paene tempore tria haec iura nata sunt: leges duodecim tabularum; ex his fluere coepit ius civile; ex iisdem legis actiones compositae sunt. Omnium tamen harum et interpretandi scientia, et actiones apud collegium Pontificum erant, ex quibus constituebatur, quis quoquo anno praeesset privatis; et fere populus annis prope centum hac consuetudine usus est.

§ 7.—Postea quum Appius Claudius proposisset et ad formam redegisset has actiones, Cneius (4) Flavius, scriba eius, libertini filius, surreptum librum populo tradidit; et adeo gratum fuit id munus populo, ut tribunus plebis fieret, et senator, et aedilis curulis. Hic liber, qui actiones continet, appellatur ius civile Flavianum, sicut ille ius civile Papirianum; nam nec Cneius Flavius de suo quidquam adiecit libro. Augescente civitate quia deerant quaedam genera agendi, non (5) post multum temporis spatium Sextus Aelius alias actiones composuit, et librum populo dedit, qui appellatur ius Aelianum.

§ 8.—Deinde quum esset in civitate lex duodecim tabularum et ius civile, essent et legis actiones, evenit, ut plebs in discordiam cum patribus perveniret, et secederet sibi iura constitueret, quae iura plebiscita vocantur. Mox quum revocata est plebs, quia multae discordiae nascebantur de his plebiscitis, pro legibus placuit et ea observari lege Hortensia; et ita factum est, ut inter plebiscita et legem species constituendi interessent, potestas autem eadem esset.

§ 9.—Deinde, quia difficile plebs convenire coepit, populus certe multo difficilius in tanta turba hominum, necessitas ipsa curam reipublicae ad Senatum deduxit. Ita coepit Senatus se interponere, et quidquid constituisset, observabatur; idque ius appellabatur senatusconsultum.

§ 10.—Eodem tempore et magistratus iura reddebant, et ut scirent cives, quod ius de quaere quisque diciturus esset, seque praemuniret, edicta proponebant; quae edicta Praetorum ius

naturalmente suele acontecer, á requerir la interpretación que la discusión en el foro fuese necesaria, apoyándose en la autoridad de los jurisconsultos. Esta discusión y este derecho, que sin estar escrito resultó formado por los jurisconsultos, no toma su nombre de alguna parte propia, cual las demás partes del derecho se designan por sus nombres, pues á todas ellas se les dió nombres especiales; sino que con la denominación común es llamada derecho civil.

§ 6.—Después, casi al mismo tiempo se formaron de estas leyes las acciones, por las que los hombres litigasen entre sí; cuyas acciones, para que el pueblo no las instituyese á su arbitrio, quisieron que fueran ciertas y solemnes; y á esta parte del derecho se la llama acciones de la ley, esto es, acciones legítimas. Y de este modo, casi á un mismo tiempo nacieron estos tres derechos: las leyes de las Doce Tablas; de ellas comenzó á derivarse el derecho civil; de las mismas se formaron las acciones de la ley. Pero la ciencia de todas ellas, y la de interpretarlas, y las acciones residían en el Colegio de los Pontífices, de los cuales se nombraba uno que cada año presidiese el conocimiento de las causas particulares; y esta costumbre siguió el pueblo casi por espacio de cien años.

§ 7.—Después, cuando Apio Claudio hubo propuesto y reducido á forma estas acciones, Cneyo Flavio, su escribiente, hijo de un libertino, entregó al pueblo el libro que había sustraído; y tan grato fué al pueblo este regalo, que le hizo tribuno de la plebe, senador, y edil curul. Este libro, que contiene las acciones, se llama derecho civil Flaviano, al modo que el otro derecho civil Papiriano; porque tampoco Cneyo Flavio añadió al libro cosa alguna de suyo. Aumentándose la ciudad, como faltaran algunas especies de acciones, Sexto Elio compuso, no mucho espacio de tiempo después, otras acciones, y entregó al pueblo el libro, que se llama derecho Eliano.

§ 8.—Posteriormente, cuando había en la ciudad la ley de las Doce Tablas y el derecho civil, y además las acciones de la ley, aconteció que la plebe se puso en discordia con los patricios, y se separó y estableció leyes para sí, cuyas leyes se llaman plebiscitos. Después, cuando la plebe fué atraída de nuevo, como quiera que nacían muchas discordias por causa de estos plebiscitos, se determinó por la ley Hortensia que también se observasen como leyes; y se hizo de modo que, aun cuando entre los plebiscitos y la ley mediasen diferencias de constitución, fuese, sin embargo, la misma su autoridad.

§ 9.—Después, como empezó á ser difícil que la plebe se conviniera, y el pueblo ciertamente con mucha más dificultad en medio de tanta multitud de hombres, la misma necesidad transfirió al Senado el gobierno de la república. De esta manera comenzó á interponerse el Senado, y se observaba cuanto determinaba; y este derecho se llamaba senadoconsulto.

§ 10.—Por este mismo tiempo también los magistrados restituían derechos, y para que supieran los ciudadanos qué derecho declararían cada uno sobre cada asunto, y se previniesen, promulgaban

(1) *Asi Taur.*, aunque en las notas confiese que el código *Fl.* dice disputationem, *Hal.* auctoritatem, necessariamque disputationem.

(2) datis — partibus, omitelas *Hal.*

(3) id est, legitimae actiones, omitelas *Hal.*

(4) *Fl. Gnaeus*, en todas partes.

(5) *En lugar de quia* — non, dice *Hal.*: et qui praerant quaedam genera agendi composuerunt; nec.

bana mox eodem se contulit; populi que consensu partim in carcere necati (1). Ita rursus res publica suum statum recepit.

§ 25.—Deinde quum post aliquot annos, (quam) duodecim tabulae latae sunt, et plebs contendere cum patribus, et vellet ex suo quoque corpore Consules creare, et patres recusarent, factum est, ut Tribuni militum crearentur partim ex plebe, partim ex patribus, consulari potestate. Hicque constituti sunt vario numero; interdum enim viginti fuerunt, interdum plures, nonnunquam pauciores.

§ 26.—Deinde quum placuisset creari etiam ex plebe Consules, coeperunt ex utroque corpore constitui. Tunc ut aliquo pluris patres haberent, placuit duos ex numero patrum constitui; ita facti sunt Aediles curules.

§ 27.—Quumque Consules avocarentur bellis finitimis, neque esset, qui in civitate ius reddere posset, factum est, ut Praetor quoque crearetur; qui Urbanus appellatus est, quod in urbe ius redderet (2).

§ 28.—Post aliquot deinde annos, non sufficiente eo Praetore, quod multa turba etiam peregrinorum in civitatem veniret, creatus est et alius Praetor, qui Peregrinus appellatus est ab eo, quod plerumque inter peregrinos ius dicebat.

§ 29.—Deinde quum esset necessarius magistratus, qui hastae praeesset (3), Decemviri in (4) litibus iudicandis sunt constituti.

§ 30.—Eodem tempore et Quatuorviri, qui curam viarum gererent, et Triumviri monetales, aeris, argenti, auri flatores, et Triumviri capitales, qui carceris custodiam haberent, ut, quum animadverti oporteret, interventu eorum fieret.

§ 31.—Et quia magistratibus vespertinis temporibus in publicum esse inconveniens erat, Quinqueviri constituti sunt cis Tiberim et ultis Tiberim, qui possint pro magistratibus fungi.

§ 32.—Capta deinde Sardinia, mox Sicilia, item Hispania, deinde Narbonensi provincia, totidem Praetores, quot provinciae in ditionem venerant, creati sunt, partim qui urbanis rebus, partim qui provincialibus praeesent. Deinde Cornelius Sulla quaestiones publicas constituit, veluti de falso, de parricidio, de sicariis (5), et Praetores quatuor adiecit. Deinde Caius Iulius Caesar duos Praetores, et duos Aediles, qui frumento praeesent, et a Cerere Cereales constituit. Ita duodecim Praetores, sex Aediles sunt creati. Divus deinde Augustus sedecim Praetores constituit. Post deinde Divus Claudius duos Praetores adiecit, qui de fideicommisso ius dicerent; ex quibus unum Divus Titus detraxit, et adiecit Divus Ner-

objeto, con el de evitar con la muerte de la doncella la afrenta del estupro; y tan pronto como hizo la muerte, y no seca aún la sangre de su hija, se acogió á sus camaradas. Todos los que, abandonados sus antiguos jefes, trasladaron sus banderas al Aventino desde Alguido, en donde á la sazón se hallaban las legiones con motivo de la guerra; después se dirigió también allí toda la plebe urbana; y con el consentimiento del pueblo fueron muertos en la cárcel algunos de los decenviros. Así recobró de nuevo la república su estado.

§ 25.—Posteriormente, después de algunos años que se promulgaron las Doce Tablas, como la plebe contendiese con los patricios, y quisiera crear también de entre ella Cónsules, y lo rehusaran los patricios, se resolvió que se crearan Tribunales militares, parte de la plebe, y parte de los patricios, con potestad consular. Y se constituyeron en número variable, pues unas veces fueron veinte, otras más, y algunas menos.

§ 26.—Luego, cuando plugo que también de la plebe se nombraran Cónsules, comenzóse á elegirlos de uno y de otro cuerpo. Entonces, para que los patricios tuvieran algo más, se determinó constituir de su número dos magistrados; y así se crearon los Ediles curules.

§ 27.—Y como á los Cónsules los llamaran á sí las guerras fronterizas, y no hubiese quien en la ciudad pudiera pronunciar sentencias, se determinó que se creara además un Pretor; que se llamó Urbano, porque administraba justicia en la ciudad.

§ 28.—Después, transcurridos algunos años, no bastando aquel Pretor, porque también gran número de extranjeros acudía á la ciudad, se creó otro Pretor, que se llamó Peregrino, en razón á que ordinariamente profería sentencias entre extranjeros.

§ 29.—Siendo luego necesario un magistrado que presidiese las ventas públicas, se nombraron Decenviros para que conociesen de estos litigios.

§ 30.—En aquel mismo tiempo se crearon también Cuatuorviros, que cuidasen de los caminos, Triumviros de la moneda, forjadores de bronce, plata y oro, y Triumviros capitales que custodiasen la cárcel, á fin de que cuando conviniera ejecutar la pena capital, se hiciese con su intervención.

§ 31.—Y como era inconveniente para los magistrados presentarse en público desde el anochecer, se nombraron Quinqueviros de una y de otra parte del Tiber, que pudiesen sustituir á los magistrados.

§ 32.—Tomada después Cerdeña, luego Sicilia y también España, y posteriormente la provincia de Narbona, se crearon tantos Pretores cuantas provincias se habían sometido, para que entendiesen, parte en los negocios urbanos, y parte en los provinciales. Después, Cornelio Sulla instituyó los juicios públicos, como los de falsedad, de parricidio, y de asesinos, y añadió cuatro Pretores. Cayo Julio Cesar creó luego dos Pretores, y dos Ediles, que cuidasen del trigo, y los que, del nombre de Ceres, se llamaron Cereales. Y así se crearon doce Pretores, y seis Ediles. Después, el divino Augusto estableció diez y seis Pretores. Posteriormente, el Divino Claudio aumentó dos Pretores, que conociesen de los fideicomisos; de ellos suprimió

(1) contulit; ita p. c. p. decemviris in c. necatis, partim in exsilium actis: rursus... Hal.

(2) dicebat, Hal.

(3) Hal.; praeesent, Fl.

(4) in, omitela Hal.

(5) de iniuriis, inserta Hal.

va, qui inter fiscum et privatos ius diceret. Ita decem et octo Praetores in civitate ius dicunt.

§ 33.—Et haec omnia, quoties in republica sunt magistratus, observantur, quoties autem profisciscuntur, unus relinquitur, qui ius dicat; is vocatur Praefectus urbi. Qui Praefectus olim constituebatur, postea fere (1) Latinarum feriarum causa introductus est, et quotannis observatur; nam (2) Praefectus annonae et vigilum (3) non sunt magistratus, sed extra ordinem utilitatis causa constituti sunt; et tamen hi, quos Cistiberes (4) diximus, postea Aediles senatusconsulto creabantur.

§ 34.—Ergo ex his omnibus decem Tribuni plebis, Consules duo, decem et octo Praetores, sex Aediles in civitate iura reddebant.

§ 35.—Iuris civilis scientiam plurimi et maximi viri professi sunt; sed qui eorum maximae dignationis apud populum Romanum fuerunt, eorum (5) in praesentia mentio habenda est, ut appareat, a quibus et qualibus haec iura orta et tradita sunt. Et quidem ex omnibus, qui scientiam nacti sunt, ante Tiberium Coruncanium (6) publice professum neminem traditur; ceteri autem ad hunc (7) vel in latenti ius civile retinere cogitabant, solumque consultatoribus vacare (8) potius, quam discere volentibus se praestabant.

§ 36.—Fuit autem in primis peritus Publius Papirius, qui leges regias in unum contulit. Ab hoc Appius Claudius, unus ex Decemviris, cuius maximum consilium in duodecim tabulis scribendis fuit. Post hunc Appius Claudius eiusdem generis maximam scientiam habuit; hic Centemmanus (9) appellatus est. Appiam viam stravit, et aquam Claudiam induxit, et de Pyrrho in urbe non recipiendo sententiam tulit; hunc etiam actiones scripsisse traditum est, primum de usurpationibus, qui liber non extat. Idem Appius Claudius, qui videtur ab (10) hoc processisse, *R* literam invenit; ut pro Valesii Valerii essent, et pro Fusiis Furiis.

§ 37.—Fuit post eos maximae scientiae Sempronius, quem populus Romanus σοφόν [*sapientem*] appellavit; nec quisquam ante hunc, aut post hunc (11) hoc nomine cognominatus est. Caius Scipio Nasica, qui Optimus a senatu appellatus est; cui etiam publice domus in sacra via data est, quo facilius consuli posset. Deinde Quintus Mucius (12), qui ad Carthaginienses missus legatus, quum essent duae tesserae positae, una pacis, altera belli, arbitrio sibi dato, utram vellet, referret (13) Romam, utramque sustulit et ait, Carthaginienses petere debere, utram mallent accipere.

§ 38.—Post hos fuit Tiberius Coruncanianus, ut

uno el Divino Tito, y agregó otro el Divino Nerva, para que fallase las cuestiones entre el fisco y los particulares. Y así, diez y ocho Pretores administran justicia en la ciudad.

§ 33.—Y todo esto se observa mientras los magistrados residen en la república; pero cuando se ausentan, se deja uno que administre justicia; llámase este Prefecto de la ciudad. Este Prefecto, que antiguamente se constituía, se introdujo después casi por razón de las ferias latinas, y se nombra cada año; porque el Prefecto de los viveres y el de los vigilantes nocturnos no son magistrados, sino que se hallan establecidos extraordinariamente por causa de la utilidad común; y sin embargo, los que llamamos *Cistiberes* (de aqueñde el Tiber), eran creados después Ediles por senado-consulta.

§ 34.—En su consecuencia, de todos estos administraban justicia en la ciudad diez Tribunos de la plebe, dos Cónsules, diez y ocho Pretores y seis Ediles.

§ 35.—Muchísimos y muy grandes varones han profesado la ciencia del derecho civil; pero al presente se ha de hacer mención de aquellos que fueron de mayor estimación para el pueblo Romano, para que aparezca de quiénes y de qué calidades de individuos nació y se transmitió este derecho. Y á la verdad, de todos los que alcanzaron esta ciencia, dícese que nadie la profesó públicamente antes que Tiberio Coruncanio; pues los demás anteriores á éste procuraban mantener en secreto el derecho civil, y solamente se prestaban á evacuar consultas, más bien que á enseñar á los que querían aprenderlo.

§ 36.—Mas fué en primer lugar perito Publio Papirio, que recopiló en un libro las leyes regias. Después de este, Appio Claudio, uno de los Decenviros, cuyo superior criterio se mostró en la redacción de las Doce Tablas. Después, Appio Claudio de la misma familia, atesoró grandísimo conocimiento; este fué apellidado Centemmano. Hizo la vía Appia, llevó á la ciudad el agua Claudia, y dictaminó que no se recibiese á Pirro en la ciudad; dícese que también escribió acciones, primeramente de las usurpaciones, cuyo libro ya no existe. También Appio Claudio, que parece haber procedido de este, inventó la letra *R*, para que se escribiese Valerii en lugar de Valesii, y Furiis por Fusiis.

§ 37.—Después de estos, fué de grandísima ciencia Sempronio, á quien el pueblo romano llamó σοφόν (Sabio); y nadie antes ó después de él fué apellidado con este sobrenombre. Cayo Scipión Nasica, que fué llamado Optimo por el Senado; á quien también públicamente se dió casa en la vía Sacra, para que con más facilidad pudiese ser consultado. Después Quinto Mucio, quien enviado por legado á los Cartagineses, como se le hubiesen presentado dos tablitas, la una de paz, y la otra de guerra, dejándose á su arbitrio que reportase á Roma la que quisiera, tomó las dos, y dijo que los Cartagineses debían pedir la que prefiriesen recibir.

§ 38.—Después de estos, existió Tiberio Co-

(1) vero, *Vulg.*

(2) sane, *Hal.*

(3) quamquam, *inserta Hal.*

(4) cis Tyberim, *Hal.*

(5) *Según Br., añadida por los copistas; (eorum), Taur.*

(6) Coruncanum, *Hal.*

(7) adhuc, *Hal.*

(8) vacare, *omitela Hal.*

(9) Caecus, *Hal.*

(10) Id. App. Cl. usu, q. v. ad hoc, *Hal.*

(11) aut post hunc, *omitelas Hal.*

(12) Quintus Fabius, *Hal.*

(13) refert, *Vulg.*

dixi, qui primus profiteri coepit; cuius tamen scriptum nullum extat, sed responsa complura et memorabilia eius fuerunt. Deinde Sextus Aelius (1) et frater eius, Publius Aelius, et Publius Atilius maximam scientiam in profitendo habuerunt, ut (2) duo Aelii etiam Consules fuerint. Atilius autem primus a populo sapiens appellatus est. Sextum Aelium etiam Ennius laudavit, et extat illius liber, qui inscribitur *Tripertita*; qui liber veluti cunabula iuris continet. *Tripertita* autem dicitur, quoniam lege duodecim tabularum praeposita iungitur interpretatio, dein subtextitur legis actio. Eiusdem esse tres alii libri referuntur, quos tamen quidam negant eiusdem esse. Hos sectatus ad aliquid est Cato. Deinde Marcus Cato, princeps Porciae familiae, cuius et libri extant; sed plurimi filii eius, ex quibus ceteri oriuntur.

§ 39.—Post hos fuerunt Publius Mucius, et Brutus, et Manilius, qui fundaverunt ius civile. Ex his Publius Mucius etiam decem libellos reliquit, Brutus septem, Manilius tres; et extant volumina scripta (3), Manilii monumenta. Illi duo consulares fuerunt, Brutus praetorius, Publius autem Mucius etiam Pontifex maximus.

§ 40.—Ab his profecti sunt Publius Rutilius Rufus, qui Romae Consul et Asiae Proconsul fuit, Paulus Virginius, et Quintus Tubero, ille Stoicus, Pansa (4) auditor, qui et ipse Consul. Etiam Sextus Pompeius, Cneii Pompeii patruus, fuit eodem tempore, et Coelius Antipater, qui historias conscripsit, sed plus eloquentiae, quam scientiae iuris operam dedit; etiam Lucius Crassus, frater Publii Mucii, qui Mucianus (5) dictus est; hunc Cicero ait iurisconsultorum disertissimum.

§ 41.—Post hos Quintus Mucius, Publii filius, Pontifex maximus, ius civile primus constituit, generatim in libros decem et octo redigendo.

§ 42.—Mucii auditores fuerunt complures, sed praecipuae auctoritatis Aquilius Gallus (6), Balbus Lucilius, Sextus Papirius, Caius Iuventius; ex quibus Gallus maximae auctoritatis apud populum fuisse Servius dicit. Omnes tamen hi a Servio Sulpicio nominantur, alioquin per se eorum scripta non talia extant, ut ea ad omnes appetant; denique nec versantur omnino scripta eorum inter manus hominum, sed Servius libros suos complevit; pro (7) cuius scriptura ipsorum quoque memoria habetur.

§ 43.—Servius quum in causis orandis primum locum, aut pro certo post Marcum Tullium, obtineret, traditur ad consulendum Quintum Mucium de re amici sui pervenisse, quumque eum sibi respondisse de iure Servius parum intellexisset, iterum Quintum interrogasse, et a Quinto Mucio responsum esse, nec tamen percepisse; et ita obiurgatum esse a Quinto Mucio. Namque eum dixisse, turpe esse patricio, et nobili, et causas oranti ius, in quo versaretur, ignorare; ea velut contumelia Servius tractatus operam dedit iuri civili, et plurimum eos, de quibus locuti sumus, audiit, institutus a Balbo Lucilio, instructus au-

runcanio, quien, como he dicho, fué el primero que comenzó a ejercer la profesión; del cual, sin embargo, no queda ningún libro, si bien sus respuestas fueron muchas y memorables. Luego Sexto Elio y su hermano Publio Elio, y Publio Atilio mostraron grandísima ciencia en la profesión, de suerte que ambos Elios fueron también Consules. Mas Atilio fué el primero llamado Sabio por el pueblo. También Ennio alabó a Sexto Elio, y de él queda un libro, que se intitula *Tripertita*, cuyo libro contiene como los primeros rudimentos del derecho. Llámase *Tripertita*, porque puesta primero una ley de las Doce Tablas, se le agrega la interpretación, y le sigue después la acción de la ley. Dicese que de este mismo son otros tres libros, que, sin embargo, algunos niegan fuesen de él. Siguió a estos en algo Catón. Después Marco Catón, jefe de la familia Porcia, de quien también hay libros; pero de su hijo muchísimos, de los que toman origen los demás.

§ 39.—Siguiéronse a estos Publio Mucio, Bruto y Manilio, que fundaron el derecho civil. De ellos, Publio Mucio dejó también diez pequeños tratados, Bruto siete, Manilio tres; y se conservan unos volúmenes escritos, titulados *Manilii monumenta* (Monumentos de Manilio). Aquellos dos fueron Consules, Bruto Pretor, y Publio Mucio también Pontífice Máximo.

§ 40.—De estos provinieron Publio Rutilio Rufo, que fué Cónsul en Roma y Procónsul en Asia, Paulo Virgino y Quinto Tuberon, aquel estóico, discípulo de Pansa, que también fué Cónsul. También fué del mismo tiempo Sexto Pompeyo, tío paterno de Cneyo Pompeyo, y Celio Antipatro, que compuso historias, pero que atendió más a la elocuencia que a la ciencia del derecho; también Lucio Craso, hermano de Publio Mucio, que fué apellidado Muciano; a éste le llama Cicerón el más elocuente de los jurisconsultos.

§ 41.—Después de estos Quinto Mucio, hijo de Publio, Pontífice Máximo, fué el primero que ordenó todo el derecho, compilándolo en diez y ocho libros.

§ 42.—Muchos fueron los discípulos de Mucio, pero los de más nota fueron Aquilio Galo, Balbo Lucilio, Sexto Papirio, y Cayo Juvencio; de los cuales dice Servio que Galo fué el de mayor autoridad para el pueblo. Todos estos, sin embargo, son mencionados por Servio Sulpicio, aunque no quedan escritos suyos, tales que a todos agraden; últimamente sus escritos de ningún modo corren ya en manos, pero Servio completó sus libros, y por los escritos de este se guarda también memoria de ellos.

§ 43.—De Servio, que ocupó el primer lugar en la elocuencia, ó, para decir verdad, después de Marco Tulio, se cuenta que fué a consultar a Quinto Mucio sobre un negocio de un amigo suyo, y como Servio hubiese comprendido poco al haberle contestado aquél sobre la cuestión de derecho, interrogó por segunda vez a Quinto, y habiéndoselo respondido por Quinto Mucio, tampoco, sin embargo, le entendió; y que por esto fué reprendido por Quinto Mucio. Porque dijo éste que era vergonzoso para un patricio, noble y orador, ignorar el derecho en que se ocupaba; tratado Servio con aquella como afrenta, se consagró al

(1) Caelius, *leyó Br. en el código Fl.*

(2) et—fuerunt, *Hal.*

(3) inscripta, *Hal.*

(4) Panaetii, *Hal.*

(5) Taur.; Munianus, *en Fl.*; Taur. *en las notas.*

(6) Callus, *leyó Br. en el código Fl.*

(7) ex, *Hal.*

tem maxime a Gallo Aquilio, qui fuit Cercinae (1). Itaque libri complures eius extant Cercinae confecti. Hic quum in legatione periisset, statuum ei populus Romanus pro rostris posuit, et hodieque (2) extat pro rostris Augusti. Huius volumina complura extant; reliquit autem prope centum et octoginta libros.

§ 44.—Ab hoc plurimi profecerunt, fere tamen hi libros conscripserunt: Alfenus Varus, Caius (3), Aulus Ofilius, Titus (4) Caesius, Aufidius Tuca (5), Aufidius Namusa, Flavius Priscus, Caius Ateius Pacuvius (6), Labeo Antistius, Labeonis Antistii pater, Cinna, Publicius Gellius (7). Ex his decem libros octo (8) conscripserunt, quorum omnes, qui fuerunt, libri digesti sunt ab Aufidio Namusa in centum quadraginta libros. Ex his auditoribus plurimum auctoritatis habuit Alfenus Varus et Aulus Ofilius; ex quibus Varus et Consul fuit, Ofilius in equestri ordine perseveravit. Is fuit Caesari familiarissimus, et libros de iure civili plurimos, et qui omnem partem operis fundarent, reliquit; nam de legibus Vicesimae primus conscribit, de iurisdictione; idem edictum Praetoris primus diligenter composuit, nam ante eum Servius duos libros ad Brutum perquam brevissimos ad edictum subscriptos reliquit.

§ 45.—Fuit eodem tempore et Trebatius, qui idem Cornelii Maximi auditor fuit, Aulus Cascelius, Quintus Mucius, Volusii auditor; denique (9) in illius honorem testamentum Publium Mucium, nepotem eius, reliquit heredem; fuit autem quaestorius, nec ultra proficere voluit, quum illi etiam Augustus consultum offerret. Ex his Trebatius peritior Cascelio, Cascelius Trebatio eloquentior fuisse dicitur, Ofilius utroque doctior. Cascelii scripta non extant, nisi unus liber bene dictorum; Trebatii complures, sed minus frequentatur.

§ 46.—Post hos (10) quoque Tubero fuit, qui Ofilio operam dedit; fuit autem patricius, et transit a causis agendis ad ius civile, maxime postquam Quintum Ligarium accusavit, nec obtinuit apud Caium Caesarem. Is est Quintus Ligarius, qui quum Africae oram teneret, infirmum Tuberonem applicare non permisit, nec aquam haurire; quo nomine eum accusavit, et Cicero defendit; extat eius oratio satis pulcherrima, quae inscribitur pro Quinto Ligario. Tubero doctissimus quidem habitus est iuris publici et privati, et complures utriusque operis libros reliquit; sermone etiam (11) antiquo usus affectavit scribere, et ideo parum libri eius grati habentur.

§ 47.—Post hunc maximae auctoritatis fuerunt Ateius Capito, qui Ofilium secutus est, et Antistius Labeo, qui omnes hos audivit; institutus est autem a Trebatio. Ex his Ateius Consul fuit; Labeo noluit, quum offerretur ei ab Augusto consulatus, quo suffectus fieret, et honorem suscipere (12); sed plurimum studiis operam dedit, et totum

derecho civil, y estudió muchísimo con estos de quienes hemos hablado, siendo iniciado en los principios por Balbo Lucilio, pero instruido mayormente por Galo Aquilio, que estuvo en Cercina. Por esto quedan muchos libros suyos compuestos en Cercina. Habiendo muerto siendo Legado, el pueblo romano colocó su estatua en los Rostra, y hoy se halla en los Rostra de Augusto. Quedan de él muchos volúmenes, pero dejó cerca de ciento ochenta libros.

§ 44.—De este salieron muchos discipulos, pero escribieron libros casi solo estos: Alfenio Varo, Cayo, Aulo Ofilio, Tito Cesio, Aufidio Tuca, Aufidio Namusa, Flavio Prisco, Cayo Ateyo Pacuvio, Labeon Antistio, Cinna, padre de Labeon Antistio, y Publicio Gelio. De estos diez, ocho escribieron libros, todos los que fueron compilados en ciento cuarenta libros por Aufidio Namusa. De estos discipulos tuvieron muchísima autoridad Alfenio Varo y Aulo Ofilio, de los cuales Varo fué también Cónsul, y Ofilio continuó en el orden ecuestre. Fué este muy amigo de Cesar, y dejó muchísimos libros de derecho civil, tales que sirviesen de fundamento de una obra; pues fué el primero que escribió sobre las leyes del impuesto veintenal, y sobre la jurisdicción; también fué el que primero compuso con más amplitud el edicto del pretor, porque antes que él dejó Servio dedicados al edicto dos libros sumamente breves, dirigidos á Bruto.

§ 45.—Contemporáneo de estos fué también Trebacio, discipulo de Cornelio Máximo, Aulo Cascelio y Quinto Mucio, discipulo de Volusio; y al fin en honor de él dejó en su testamento por heredero á Publio Mucio, su nieto; fué Cuestor, y no quiso ascender á más, aunque Augusto le ofrecia también el Consulado. Dicese que de estos Trebacio fué más perito que Cascelio, Cascelio más elocuente que Trebacio, y Ofilio más docto que ambos. No quedan los escritos de Cascelio, salvo un libro de dichos oportunos; de Trebacio, muchos, pero es menos leído.

§ 46.—Después de estos floreció también Tuberon, que siguió la doctrina de Ofilio; fué patricio, y pasó de defensor de causas al derecho civil, mayormente después que acusó á Quinto Ligario, y no ganó la causa ante Cayo Cesar. Este es el Quinto Ligario que cuando gobernaba la costa de Africa, no permitió que Tuberon enfermo saltase á tierra, ni se proveyese de agua; por cuyo motivo le acusó, y Ciceron le defendió; existe todavía su muy elegante oración, que se intitula *Pro Quinto Ligario*. Tuberon fué ciertamente reputado como doctísimo en derecho público y privado, y dejó muchos libros de ambas materias; afectó también escribir al estilo antiguo, y por eso agradan poco sus libros.

§ 47.—Después de él fueron de grandísima autoridad Ateyo Capiton, que siguió á Ofilio, y Antistio Labeon, que aprendió de todos estos; pero fué instruido en los principios por Trebacio. De ellos Ateyo fué Cónsul; Labeon no quiso aceptar la dignidad, cuando por Augusto se le ofreció el Consulado para que sustituyera á otro; pero se

(1) Cercinnae, Hal.; Circinae, Vulg.; es Corcyra (Corfú), Br.

(2) Por hodieque, dice Hal. Hostiae.

(3) Hal. borra la coma; además, el códice Fl. dice aquí y en todas partes, Gal.

(4) Titius, Hal.

(5) Tuca, Hal.

(6) Proculus, Vulg.

(7) Publius Caecilius, Vulg.

(8) dec. et. oct. lib., Vulg.

(9) qui deinde, Hal.

(10) Br.; hoc, Taur.

(11) tamen, Hal.

(12) fieret et honorem susciperet, Hal.

annum ita dividerat, ut Romae sex mensibus cum studiosis esset, sex mensibus secederet, et conscribendis libris operam daret. Itaque reliquit quadringenta (1) volumina, ex quibus plurima inter manus versantur. Hi duo primum veluti diversas sectas fecerunt; nam Ateius Capito in his, quae ei tradita fuerant, perseverabat; Labeo ingenii qualitate et fiducia doctrinae, qui et ceteris operis sapientiae operam dederat, plurima innovare instituit. Et ita Ateio Capitoni Massurius (2) Sabinus successit, Labeoni Nerva (3); adhuc eas dissensiones auxerunt. Hic etiam Nerva Caesari familiarissimus fuit. Massurius Sabinus in equestri ordine fuit, et publice primus respondit (4), posteaque hoc coepit beneficium dari a Tiberio Caesare; hoc tamen illi concessum erat. Et ut obiter sciamus, ante tempora Augusti publice respondendi ius non a Principibus dabatur, sed qui fiduciam studiorum suorum habebant, consulentibus respondebant. Neque responsa utique signata dabant, sed plerumque iudicibus ipsi (5) scribebant, aut testabantur, qui illos consulebant. Primus Divus Augustus, ut maior iuris auctoritas haberetur, constituit, ut ex auctoritate eius responderent. Et ex illo tempore peti hoc pro beneficio coepit; et ideo optimus Princeps Hadrianus, quum ab eo viri praetorii peterent, ut sibi liceret respondere, rescripsit iis: hoc non peti, sed praestari solere; et ideo, si quis fiduciam sui haberet, delectari, si (6) populo ad respondendum se praepararet. Ergo Sabino concessum est a Tiberio Caesare, ut populo responderet; qui in equestri ordine iam grandis natu et fere annorum quinquaginta receptus est; huic nec amplae facultates fuerunt, sed plurimum a suis auditoribus sustentatus est. Huic successit Caius Cassius Longinus, natus ex filia Tuberonis, quae fuit neptis Servii Sulpicii; et ideo proavum suum Servium Sulpicium appellat. Hic Consul fuit cum Quartino temporibus Tiberii, sed plurimum in civitate auctoritatis habuit eoque, donec eum Caesar civitate pelleret; expulsus ab eo in Sardiniam, revocatus a Vespasiano diem suum obiit. Nervae successit Proculus. Fuit eodem tempore et Nerva filius. Fuit et alius Longinus ex equestri quidem ordine, qui postea ad Praeturam usque pervenit. Sed Proculi auctoritas maior fuit, nam etiam plurimum potuit, appellatique sunt partim Cassiani, partim Proculiani (7); quae origo a Capitone et Labeone coepit. Cassio Caelius Sabinus successit, qui plurimum temporibus Vespasiani potuit; Proculo Pegasus, qui temporibus Vespasiani Praefectus Urbi fuit; Caelio Sabino Priscus Iavoleno; Pegaso Celsus; patri Celso Celsus filius et Priscus Neratius, qui utriusque Consules fuerunt, Celsus quidem et iterum; Iavoleno (8) Prisco Aburnus (9) Valens et Tuscianus, item Salvius Iulianus.

(1) quadraginta, Hal.

(2) Masurius, Hal.

(3) qui, inserta Hal.

(4) Así Taur. al margen; en el texto, scripsit; Hal. respondit posteaquam, omitiendo hoc—erat.

(5) ipsis, Hal.

(6) Corr. Krieg.; Taur. se; Hal. traspone bien de este modo

dedicó muchísimo á los estudios, y había dividido el año de manera, que estaba en Roma seis meses con sus discípulos, y los otros seis meses se retiraba, y se consagraba á escribir libros. Y así dejó cuatrocientos volúmenes, de los que corren muchísimos en manos. Estos dos fueron los que primeramente crearon como dos diversas sectas; porque Ateyo Capiton perseveraba en lo que se le había enseñado; y Labeon por la excelencia de su talento y la confianza de su doctrina, como quien había estudiado los demás ramos del saber, comenzó á innovar muchas cosas. Y así á Ateyo Capiton sucedió Massurio Sabino, y Nerva á Labeon; y aumentaron más aquellas disensiones. También este Nerva fué muy amigo de Cesar. Massurio Sabino perteneció al orden ecuestre, y fué el primero que respondió públicamente, cuyo beneficio comenzó después á darse por Tiberio Cesar; pero á él ya le estaba concedido. Y sepamos de paso, que antes de los tiempos de Augusto el derecho de responder públicamente á las consultas no se daba por los Príncipes, sino que los que tenían confianza en sus estudios respondían á los que les consultaban. Y tampoco en verdad daban firmadas sus respuestas, sino que por lo regular escribían ellos mismos á los jueces, ó lo manifestaban los mismos que les consultaban. El Divino Augusto fué el primero que para que fuese mayor la autoridad del derecho, determinó que se respondiese en virtud de autorización suya. Y desde entonces comenzó á pedirse esto como un beneficio; y por esto el óptimo Príncipe Adriano, como de él solicitaran los que habían sido pretores que les fuera licito responder, les contestó por rescripto: que esto no suele pedirse, sino concederse; y que por lo tanto, si alguno tenía confianza en sí propio, le agradaba si se preparaba para responder al pueblo. Se concedió, pues, por Tiberio Cesar á Sabino, que respondiese al pueblo; y ya de bastante edad, casi de cincuenta años, fué admitido en el Orden ecuestre; no tuvo tampoco grandes bienes, pero fué muy suficientemente sustentado por sus discípulos. Sucedióle Cayo Cassio Longino, nacido de una hija de Tuberon, que fué nieta de Servio Sulpicio; y por esto llama bisabuelo suyo á Servio Sulpicio. Fué este Cónsul con Quartino en tiempos de Tiberio, y tuvo muchísimo valimiento en la ciudad, hasta que lo echó de ella Cesar; expulsado por éste á Cerdeña, acabó sus días habiéndole alzado el destierro Vespasiano. A Nerva sucedió Próculo. Al mismo tiempo floreció también Nerva, hijo. Hubo además otro Longino del Orden ecuestre, que después llegó hasta la Pretura. Pero la autoridad de Próculo fué mayor, porque también tuvo grandísimo poder, y unos se apellidaron Cassianos, y otros Proculianos; cuya división comenzó á tener origen en Capiton y Labeon. Sucedió á Cassio Celio Sabino, que tuvo grandísima autoridad en tiempos de Vespasiano; á Próculo, Pegaso, quien en los mismos tiempos de Vespasiano fué Prefecto de la Ciudad; á Celio Sabino, Prisco Iavoleno; á Pegaso, Celso; á Celso padre, Celso hijo y Prisco Neracio, que ambos fueron Cónsules, y Celso por segunda vez; á Iavoleno Prisco, Aburno Valente y Tusciano, y además Salvio Juliano.

las palabras: solere. Et id. del. se: siqui fid. sui hab., pop. ad resp. se praep.

(7) Hal.; Fl. Proculiani, aquí y en todas partes.

(8) fuerunt. Celso quidem et item Iabol., Hal.

(9) Aburnus, Hal., Eburnus, Vulg.

TIT. III

DE LEGIBUS SENATUSQUE CONSULTIS ET LONGA
CONSUETUDINE.

[Cf. Cod. I. 14. 16. VIII. 53.]

1. PAPINIANUS libro I. *Definitionum*.—Lex est commune praeceptum, virorum prudentum consultum, delictorum, quae sponte vel ignorantia contrahuntur, coercitio, communis reipublicae sponsio.

2. MARCIANUS libro I. *Institutionum*.—Nam et Demosthenes orator sic definit (1): Τοῦτό ἐστι νόμος, ἢ πάντας ἀνθρώπους προσήκει πείθεσθαι διὰ πολλὰ, καὶ μάλιστα, ὅτι πᾶς ἐστὶ νόμος εὐρημα μὲν καὶ δῶρον Θεοῦ (2), δόγμα δὲ ἀνθρώπων φρονιμῶν, ἐπανόρθωμα δὲ τῶν ἔκουσιων καὶ ἀκούσιων ἀμαρτημάτων, πόλεως δὲ συνθήκη κοινὴ, καθ' ἣν ἅπασι προσήκει ζῆν τοῖς ἐν τῇ πόλει. [*Lex est, cui omnes obtemperare convenit, tum ob alia multa, tum vel maxime eo, quod omnis lex inventum et munus Dei est, decretum vero prudentum hominum, coercitio eorum, quae sponte vel involuntarie delinquantur, communis sponsio civitatis, ad cuius praescriptum omnes, qui in ea republica sunt, vitam instituere debent*] (3). Sed et philosophus summae Stoicae sapientiae Chrysippus sic incipit libro, quem fecit περὶ νόμου [*de lege*]: Ὁ νόμος πάντων ἐστὶ βασιλεὺς θεῶν τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων. Δεῖ δὲ αὐτὸν προστατῆν τε εἶναι τῶν καλῶν καὶ τῶν αἰσχυρῶν, καὶ ἀρχόντα, καὶ ηγεμόνα καὶ κατὰ τοῦτο κανόνα τε εἶναι δικαίων καὶ ἀδίκων, καὶ τῶν φύσει πολιτικῶν ζώων, προστακτικὸν μὲν ὧν ποιητέον (4), ἀπαγορευτικὸν δὲ ὧν οὐ ποιητέον. [*Lex est omnium divinarum et humanarum rerum regina. Oportet autem eam esse praesidem et bonis et malis, et principem et ducem esse; et secundum hoc regulam esse iustorum et iniustorum, et eorum, quae natura civilia sunt, animantium, praeceptoricem quidem faciendorum, prohibitoricem autem non faciendorum*] (5).

3. POMPONIUS libro XXV. *ad Sabinum*.—Iura constitui oportet, ut dixit Theophrastus, in his, quae ἐπὶ τὸ πλεῖστον [*ut plurimum*] accidunt, non quae ἐκ παραλόγου (6) [*ex inopinato*].

4. CELSUS libro V. *Digestorum*.—Ex his, quae forte uno aliquo casu accidere possunt, iura non constituuntur.

5. IDEM libro XVII. (7) *Digestorum*.—Nam ad ea potius debet aptari ius, quae et frequenter et facile, quam quae perraro eveniunt.

6. PAULUS libro XVII. *ad Plautium* (8).—Τὸ γὰρ ἅπαρ ἢ δις [*quod enim semel, aut bis existit*], ut ait Theophrastus, παραβαίνουσιν οἱ νομοθέται [*praetereunt legislatores*].

7. MODESTINUS libro I. *Regularum*.—Legis virtus haec est: imperare, vetare, permittere, punire.

8. ULPIANUS libro III. *ad Sabinum*.—Iura non

TÍTULO III.

DE LAS LEYES Y DE LOS SENADOCONSULTOS Y DE
LA COSTUMBRE INMEMORIAL.

[Véase Cód. I. 14. 16. VIII. 53.]

1. PAPINIANO; *Definiciones, libro I*.—La ley es precepto común, decreto de hombres prudentes, corrección de los delitos que por voluntad ó ignorancia se cometen, y pacto común de la república.

2. MARCIANO; *Instituciones, libro I*.—Pues también la define así el orador Demóstenes: Ley es aquello á que conviene que todos obedezcan, así por otras muchas razones, como principalísima porque toda ley es invención y don de Dios, decreto de hombres prudentes, corrección de los delitos que voluntaria ó involuntariamente se cometen, pacto común de la ciudad, á cuya prescripción deben ajustar su vida todos los que moran en aquella República. Mas también Crisipo, filósofo de la suma sabiduría estóica, comienza así en un libro que compuso acerca de la ley: La ley es reina de todas las cosas divinas y humanas. Conviene, pues, que para buenos y malos sea presidente, y príncipe y caudillo; y que conforme á esto sea regla de justos é injustos, y de aquellos animados que por naturaleza viven vida civil, preceptora de lo que debe hacerse, y prohibidora de lo que no se debe ejecutar.

3. POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro XXV*.—Conviene que las leyes se establezcan, según dijo Teofrasto, sobre lo que muy frecuentemente sucede, no sobre lo inopinado.

4. CELSO; *Digesto, libro V*.—Sobre lo que por casualidad puede acontecer en algún que otro caso, no se establecen leyes.

5. EL MISMO; *Digesto, libro XVII*.—Porque la ley debe adaptarse á lo que acontece frecuente y fácilmente, más bien que á lo que muy raras veces.

6. PAULO; *Comentarios á Plaucio, libro XVII*.—Pues los legisladores omiten, según dice Teofrasto, lo que una ó dos veces sucede.

7. MODESTINO; *Reglas, libro I*.—La virtud de la ley es esta: mandar, vedar, permitir, castigar.

8. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro III*.—

(1) En su oración primera contra Aristogiton.

(2) Θεῶν, Hal.

(3) Versión de la Vulgata.

(4) ποιητέων, y después οὐ ποιητέων, Vulg.

(5) Versión de la Vulgata.

(6) in his quae ex π. ἐπ. τὸ πλ. accidunt, Hal.

(7) lib. XV., Hal.

(8) La Vulg. añade este fragmento al precedente, omitiendo la inscripción.

in singulas personas, sed generaliter constituuntur.

9. IDEM libro XVI. (1) ad Edictum.—Non ambigitur, Senatum ius facere posse.

10. IULIANUS libro LIX. Digestorum (2).—Neque leges, neque senatusconsulta ita scribi possunt, ut omnes casus, qui quandoque inciderint, comprehendantur, sed sufficit et ea, quae plerumque accidunt, contineri.

11. IDEM libro XC. Digestorum.—Et ideo de his, quae primo constituuntur, aut interpretatione, aut constitutione optimi Principis certius statuendum est.

12. IDEM libro XV. Digestorum.—Non possunt omnes articuli singulatim aut legibus, aut senatusconsultis comprehendi; sed quum in aliqua causa sententia eorum manifesta est, is, qui iurisdictioni praeest, ad similia procedere atque ita ius dicere debet.

13. ULPIANUS libro I. ad Edictum Aedilium curulium.—Nam, ut ait Pedius, quoties lege aliquid unum vel alterum introductum est, bona occasio est, cetera, quae tendunt ad eandem utilitatem, vel interpretatione, vel certe iurisdictione suppleri.

14. PAULUS libro LIV. ad Edictum.—Quod vero contra rationem iuris receptum est, non est producendum ad consequentias.

15. IULIANUS libro XXVII. Digestorum.—In his, quae contra rationem iuris constituta sunt, non possumus sequi regulam iuris.

16. PAULUS libro singulari de iure singulari.—Ius singulare est, quod contra tenorem rationis propter aliquam utilitatem auctoritate constituentium introductum est.

17. CELSUS libro XXVI. Digestorum.—Scire leges non hoc est, verba earum tenere, sed vim ac potestatem.

18. IDEM libro XXIX. (3) Digestorum.—Benignius leges interpretandae sunt, quo voluntas earum conservetur.

19. IDEM libro XXXIII. Digestorum.—In ambigua voce legis ea potius accipienda est significatio, quae vitio caret, praesertim quum etiam voluntas legis ex hoc colligi possit.

20. IULIANUS libro LV. Digestorum.—Non omnium, quae a maioribus constituta sunt, ratio reddi potest.

21. NERATIUS libro VI. Membranarum.—Et ideo rationes eorum, quae constituuntur, inquiri non oportet; alioquin multa ex his, quae certa sunt, subvertuntur.

No se constituyen las leyes para cada persona en particular, sino para todas en general.

9. EL MISMO; *Comentarios al Edicto, libro XVI.*—No se duda que el Senado puede hacer leyes.

10. JULIANO; *Digesto, libro LIX.*—Ni las leyes, ni los senadoconsultos pueden escribirse de modo, que se comprendan todos los casos que de vez en cuando ocurren, sino que basta que se contengan los que ordinariamente acontecen.

11. EL MISMO; *Digesto, libro XC.*—Y por lo tanto, respecto de aquellas que primeramente se hallan establecidas, se ha de determinar con más certeza ó por la interpretación, ó por constitución del óptimo Príncipe.

12. EL MISMO; *Digesto, libro XV.*—No pueden comprenderse en las leyes ó en los senadoconsultos determinadamente todos los casos; pero cuando en alguna ocasión está manifiesto su sentido, debe el que ejerce jurisdicción proceder por analogía, y de este modo proferir sentencia.

13. ULPIANO; *Comentarios al Edicto de los Ediles Curules, libro I.*—Pues, como dice Pedio, siempre que por la ley se ha introducido una ú otra disposición, es buena ocasión para que ó por la interpretación, ó ciertamente por la jurisdicción, se suplan las demás que tienden á la misma utilidad.

14. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro LIV.*—Mas lo que está recibido contra la razón del derecho, no debe ampliarse á las consecuencias.

15. JULIANO; *Digesto, libro XXVII.*—En aquello que está constituido contra la razón del derecho, no podemos seguir la regla del derecho.

16. PAULO; *De los derechos especiales, libro único.*—Derecho singular es aquel, que contra el tenor de la razón ha sido introducido con autoridad de los que lo establecen, por causa de alguna utilidad particular.

17. CELSO; *Digesto, libro XXVI.*—Saber las leyes no es esto, conocer sus palabras, sino su fuerza y su poder.

18. EL MISMO; *Digesto, libro XXIX.*—Las leyes se han de interpretar en el sentido más benigno, donde se conserve su disposición.

19. EL MISMO; *Digesto, libro XXXIII.*—En una palabra ambigua de la ley se ha de admitir preferentemente aquella significación, que carece de defecto, principalmente cuando también pueda colegirse por este medio la disposición de la ley.

20. JULIANO; *Digesto, libro LV.*—No puede darse la razón de todas las disposiciones que fueron establecidas por nuestros mayores.

21. NERACIO; *Notas, libro VI.*—Y por lo tanto, no conviene que se inquieran los fundamentos de lo que se constituye; de otro modo, se subvierten muchas cosas de las que son ciertas.

(1) lib. XIII., Hal.
(2) ad Edictum, Hal.

(3) Algún tiempo se leía en el código Fl. XXVII., según Br

22. ULPIANUS libro XXXV. ad Edictum.—Quum lex in praeteritum quid indulget, in futurum vetat.

23. PAULUS libro IV. ad Plautium.—Minime sunt mutanda, quae interpretationem certam semper habuerunt.

24. CELSUS libro IX. Digestorum.—Incivile est, nisi tota lege perspecta, una aliqua particula eius proposita iudicare, vel respondere.

25. MODESTINUS libro VIII. (1) Responsorum.—Nulla iuris ratio, aut aequitatis benignitas patitur, ut quae salubriter pro utilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipsorum commodum producamus (2) ad severitatem.

26. PAULUS libro IV. Quaestionum.—Non est novum, ut priores leges ad posteriores trahantur.

27. TERTULLIANUS libro I. Quaestionum.—Ideo, quia antiquiores leges ad posteriores trahi usitatum est, et semper quasi hoc legibus inesse credi oportet, ut ad eas quoque personas et ad eas res pertinerent, quae quandoque similes erunt.

28. PAULUS libro V. ad Legem Iuliam et Papiam.—Sed et posteriores leges ad priores pertinent, nisi contrariae sint; idque multis argumentis probatur.

29. IDEM libro singulari ad legem Cinciam (3).—Contra legem facit, qui id facit, quod lex prohibet; in fraudem vero, (4) qui salvis verbis legis sententiam eius circumvenit.

30. ULPIANUS libro IV. ad Edictum.—Fraus enim legi fit, ubi, quod fieri noluit, fieri autem non vetuit, id fit; et quod distat *ῥητόν ἀπὸ διαβολῆς* [dictum a sententia], hoc distat fraus ab eo, quod contra legem fit.

31. IDEM libro XIII. (5) ad legem Iuliam et Papiam.—Princeps legibus solutus est; Augusta autem licet legibus soluta non est, Principes tamen eadem illi privilegia tribuunt, quae ipsi habent.

32. IULIANUS libro XCIV. Digestorum.—De quibus causis scriptis legibus non utimur, id custodiri oportet, quod moribus et consuetudine inductum est; et si qua in re hoc deficeret, tunc quod proximum ei est; si nec id quidem appareat, tunc ius, quo urbs Roma utitur, servari oportet.

§ 1.—Inveterata consuetudo pro lege non immerito custoditur, et hoc est ius, quod dicitur moribus constitutum. Nam quum ipsae leges nulla alia ex causa nos teneant, quam quod iudicio populi receptae sunt, merito et ea, quae sine ullo scripto populus probavit, tenebunt omnes; nam

22. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXXV.*—Cuando la ley perdona alguna cosa para lo pasado, la prohíbe para lo futuro.

23. PAULO; *Comentarios á Plaucio, libro IV.*—En manera ninguna deben alterarse las cosas, que siempre tuvieron interpretación cierta.

24. CELSO; *Digesto, libro IX.*—Es contra derecho juzgar ó responder en vista de alguna parte pequeña de la ley, sin haber examinado atentamente toda la ley.

25. MODESTINO; *Respuestas, libro VIII.*—Ninguna razón de derecho, ni la benignidad de la equidad permite, que las cosas que se introducen saludablemente por la utilidad de los hombres, las llevemos á la severidad con una interpretación más dura contra el bienestar de los mismos.

26. PAULO; *Cuestiones, libro IV.*—No es cosa nueva, que las leyes anteriores se interpreten por las posteriores.

27. TERTULIANO; *Cuestiones, libro I.*—Y por tanto, como es uso que se interpreten las leyes más antiguas por las posteriores, conviene también que se crea que siempre está como contenido en las leyes esto, que se extiendan además á aquellas personas y cosas que en cualquier tiempo fueren semejantes.

28. PAULO; *Comentarios á la ley Julia y Papia, libro V.*—Pero también las leyes posteriores se interpretan por las anteriores, salvo si fueran contrarias; y esto se prueba con muchos argumentos.

29. EL MISMO; *Comentarios á la ley Cincia, libro único.*—Obra contra la ley el que hace lo que la ley prohíbe; y en fraude, el que salvadas las palabras de la ley elude su sentido.

30. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro IV.*—Se comete, pues, fraude contra la ley, cuando se hace aquello que no quiso que se hiciera, pero que no prohibió que se ejecutara; y lo que dista el dicho del sentido, esto dista el fraude de lo que se hace contra la ley.

31. EL MISMO; *Comentarios á la ley Julia y Papia, libro XIII.*—El Principe está desligado de las leyes; pero aunque la Augusta no está desligada de las leyes, le conceden, sin embargo, los Principes los mismos privilegios que ellos tienen.

32. JULIANO; *Digesto, libro XCIV.*—En aquellos casos que no usamos de leyes escritas, conviene se guarde lo que por el uso y la costumbre se ha introducido; y si esto faltare en algún caso, entonces lo que le sea análogo y consiguiente; y si en realidad tampoco apareciere esto, entonces debe observarse el derecho que se usa en Roma.

§ 1.—No sin razón se guarda como ley la costumbre inveterada, y este es el derecho que se dice establecido por la costumbre. Porque así como las mismas leyes por ninguna otra causa nos obligan, sino porque fueron admitidas por la voluntad del pueblo, así también con razón guardarán

(1) lib. VII., Hal.

(2) Taur.; Fl. producemus, según Br.

(3) Cinciam, Hal.

(4) legis, añade Hal.

(5) lib. XIV., Hal.

quid interest, suffragio populus voluntatem suam declaret, an rebus ipsis et factis? Quare rectissime etiam illud receptum est, ut leges non solum suffragio legislatoris, sed etiam tacito consensu omnium per desuetudinem abrogentur.

33. ULPIANUS (1) *libro I. de officio Proconsulis.*—Diuturna consuetudo pro iure et lege in his, quae non ex scripto descendunt, observari solet.

34. IDEM *libro IV. de officio Proconsulis.*—Quum de consuetudine civitatis vel provinciae confidere quis videtur, primum quidem illud explorandum arbitror, an etiam contradicto (2) aliquando iudicio consuetudo firmata sit.

35. HERMOGENIANUS *libro I. Iuris Epitomarum.*—Sed et ea, quae longa consuetudine comprobata sunt ac per annos plurimos observata, velut tacita civium conventio, non minus, quam ea, quae scripta sunt iura, servantur.

36. PAULUS *libro VII. ad Sabinum.*—Imo magnae auctoritatis hoc ius habetur, quod in tantum probatum est, ut non fuerit necesse scripto id comprehendere.

37. IDEM *libro I. Quaestionum.*—Si de interpretatione legis quaeratur, in primis inspiciendum est, quo iure civitas retro in eiusmodi casibus usa fuisse; optima enim est legum interpretis consuetudo.

38. CALLISTRATUS *libro I. Quaestionum.*—Nam Imperator noster Severus rescripsit, in ambiguitatibus, quae ex legibus proficiscuntur, consuetudinem, aut rerum perpetuo similiter indicatarum auctoritatem vim legis obtinere debere.

39. CELSUS *libro XXIII. Digestorum.*—Quod non ratione introductum, sed errore primum, deinde consuetudine obtentum est, in aliis similibus non obtinet.

40. MODESTINUS *libro I. Regularum.*—Ergo omne ius aut consensus fecit, aut necessitas constituit, aut firmavit consuetudo.

41. ULPIANUS *libro II. Institutionum.*—Totum autem ius consistit (3) aut in acquirendo, aut in conservando, aut in minuendo; aut enim hoc agitur, quemadmodum quid cuiusque fiat, aut quemadmodum quis rem vel ius suum conservet, aut quomodo alienet aut amittat.

TIT. IV.

DE CONSTITUTIONIBUS PRINCIPUM

[Cf. Cod. I. 14. 15. 19—23.]

1. ULPIANUS *libro I. Institutionum.*—Quod principi placuit, legis habet vigorem; utpote (4) quum

(1) En el código Fl. se lee mal y recientemente corregido, Idem, según Br.

(2) contradicta, según Bas.

todos lo que sin estar escrito aprobó el pueblo; porque, ¿qué importa que el pueblo declare su voluntad con votos, ó con las mismas cosas y con hechos? Por lo cual también está perfectísimamente admitido, que las leyes se deroguen no solo por el voto del legislador, sino también por el tácito consentimiento de todos por medio del desuso.

33. ULPIANO; *Del cargo de Procónsul, libro I.*—La costumbre inveterada suele observarse como derecho y ley, en aquellos casos que no provienen de derecho escrito.

34. EL MISMO; *Del cargo de Procónsul, libro IV.*—Cuando alguno parece apoyarse en la costumbre de una ciudad ó de una provincia, juzgo que ciertamente ha de investigarse primero, si alguna vez ha sido también confirmada la costumbre en juicio contradictorio.

35. HERMOGENIANO; *Epítome del Derecho, libro I.*—Pero también aquello que se ha comprobado por larga costumbre y observado por muchísimos años, como tácito convenio de los ciudadanos, se guarda no menos que las leyes que están escritas.

36. PAULO; *Comentarios á Sabino, libro VII.*—Antes bien se reputa de tan grande autoridad este derecho, porque fué aprobado en tanto grado, que no fué necesario comprenderlo en el escrito.

37. EL MISMO; *Cuestiones, libro I.*—Si se trata de la interpretación de la ley, ha de investigarse primero, de qué derecho había usado antes la ciudad en semejantes casos; porque la costumbre es el mejor intérprete de las leyes.

38. CALISTRATO; *Cuestiones, libro I.*—Pues nuestro Emperador Severo resolvió por rescripto, que en las ambigüedades que nacen de las leyes, debe tener fuerza de ley la costumbre, ó la autoridad de las cosas juzgadas perpétuamente de análoga manera.

39. CELSO; *Digesto, libro XXIII.*—Lo que se introdujo no con razón, sino que se observó al principio por error, después por la costumbre, no tiene fuerza de ley en otros casos semejantes.

40. MODESTINO; *Reglas, libro I.*—Luego todo derecho ó lo creó el consentimiento, ó lo constituyó la necesidad, ó lo afirmó la costumbre.

41. ULPIANO; *Instituciones, libro II.*—Mas todo derecho consiste ó en adquirir, ó en conservar, ó en disminuir; pues ó se trata de qué modo una cosa se hace de alguién, ó de qué manera alguno conserve una cosa ó su derecho, ó de cómo los enagene ó pierda.

TÍTULO IV.

DE LAS CONSTITUCIONES DE LOS PRÍNCIPES

[Véase Cod. I. 14. 15. 19—23.]

1. ULPIANO; *Instituciones, libro I.*—Lo que plura al Príncipe tiene vigor de ley; como quiera

(3) Hal.; constitit, Taur.

(4) En el código Fl. se leía en otro tiempo utputare, según Br.

lege Regia, quae de imperio eius lata est, populus ei et in eum omne suum imperium et potestatem conferat (1).

§ 1.—Quodcumque igitur Imperator per epistolam et subscriptionem statuit, vel cognoscens decrevit, vel de plano interlocutus est, vel edicto praecipit, legem esse constat; haec (2) sunt, quas vulgo Constitutiones appellamus.

§ 2.—Plane ex his quaedam sunt personales nec ad exemplum trahuntur; nam quae (3) Princeps alicui ob merita indulget, vel si quam poenam irrogavit, vel si cui sine exemplo subvenit, personam non egreditur.

2. ULPIANUS libro IV. *Fideicommissorum*.—In rebus novis constituendis evidens esse utilitas debet, ut recedatur ab eo iure, quod diu aequum visum est.

3. IAVOLENUS *Epistolarum* (4) libro XIII.—Beneficium Imperatoris, quod a divina scilicet eius indulgentia proficiscitur, quam plenissime interpretari debemus.

4. MODESTINUS libro II. *Excusationum*.—Αι μεταγενέστεραι διατάξεις ισχυρότεροι τῶν πρὸ αὐτῶν [*Constitutiones posteriores fortiores sunt prioribus*].

TIT. V

DE STATU HOMINUM

1. GAIUS (5) libro I. *Institutionum*.—Omne ius, quo utimur, vel ad personas pertinet, vel ad res, vel ad actiones.

2. HERMOGENIANUS libro I. *Iuris Epitomarum* (6).—Quum igitur hominum causa omne ius constitutum sit, primo de personarum statu, ac post de ceteris, ordinem Edicti perpetui secuti et his proximos atque coniunctos applicantes titulos, ut res patitur, dicemus.

3. GAIUS libro I. *Institutionum* (7).—Summa itaque de iure personarum divisio haec est; quod omnes homines aut liberi sunt, aut servi.

4. FLORENTINUS libro IX. *Institutionum*.—Libertas est naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, nisi si quid vi, aut iure prohibetur.

§ 1.—Servitus est constitutio iuris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam subicitur.

§ 2.—Servi ex eo appellati sunt, quod imperatores captivos vendere, ac per hoc servare nec occidere solent.

§ 3.—Mancipia vero dicta, quod ab hostibus manu capiantur.

5. MARCIANUS libro I. *Institutionum*.—Et servorum quidem una est conditio; liberorum autem hominum (8) quidam ingenui sunt, quidam libertini.

§ 1.—Servi autem in dominium nostrum redi-

que por la ley Regia, que se promulgó acerca de su autoridad, el pueblo confíriese á él y para él todo su imperio y potestad.

§ 1.—Así pues, lo que el Emperador estatuyó por carta y resolución de un memorial, ó conociendo en causa decretó, ó de plano decidió, ó preceptuó por edicto, consta que es ley; estas son las que vulgarmente llamamos Constituciones.

§ 2.—De estas, algunas son ciertamente personales y no se alegan para ejemplo; porque lo que el Príncipe otorgó á alguien por sus méritos, ó si impuso alguna pena, ó si sin ejemplar auxilió á otro, no sale de la persona.

2. ULPIANO; *Fideicomisos*, libro IV.—Al establecerse cosas nuevas, debe ser evidente la utilidad de separarse de aquel derecho, que por mucho tiempo pareció justo.

3. JAVOLENO; *Epistolas*, libro XIII.—El beneficio del Emperador, que emana de su divina indulgencia, debemos interpretarlo con la mayor amplitud.

4. MODESTINO; *Excusas*, libro II.—Las constituciones posteriores tienen más fuerza que las anteriores.

TÍTULO V.

DEL ESTADO DE LOS HOMBRES.

1. GAYO; *Instituciones*, libro I.—Todo el derecho de que usamos, concierne ó á las personas, ó á las cosas, ó á las acciones.

2. HERMOGENIANO; *Epttome del Derecho*, libro I.—Así pues, como todo derecho haya sido constituido por causa de los hombres, trataremos primero del estado de las personas, y después de las demás cosas, siguiendo el orden del Edicto perpetuo y aplicándoles títulos adecuados y conexos, según lo permita la naturaleza de la cosa.

3. GAYO; *Instituciones*, libro I.—Y así, la principal división en el derecho de las personas es esta: que todos los hombres son ó libres, ó esclavos.

4. FLORENTINO; *Instituciones*, libro IX.—Libertad es la natural facultad de hacer lo que place á cada cual, salvo si algo se prohíbe por la fuerza, ó por la ley.

§ 1.—La esclavitud es una constitución del derecho de gentes, por la que alguno está sujeto contra la naturaleza al dominio ageno.

§ 2. Los siervos se llamaron así, de que los caudillos suelen vender á los cautivos, y por esta razón conservarlos y no matarlos.

§ 3.—Pero se les dice *mancipia* (esclavos), porque son cogidos de los enemigos con la mano.

5. MARCIANO; *Instituciones*, libro I.—Y una sola es ciertamente la condición de los esclavos; mas, de los hombres libres, unos son ingenuos, y otros libertinos.

§ 1.—Pero los esclavos se reducen á nuestro

(1) contulit, *Vulg.*

(2) hae, *Vulg.*

(3) quod, *Hal.*

(4) ἐπιστολῶν, *Hal.*

(5) Paulus, *Hal.*; véase *Gayo Inst. I. §. 8.*

(6) ἐπιτομῶν, *Hal.*

(7) *En el mismo título, §. 9.*

(8) hom. multae; quid. enim ing., *Hal.*

guntur aut iure civili, aut gentium. Iure civili, si quis se maior viginti annis ad pretium participandum venire passus est; iure gentium servi nostri sunt, qui a hostibus capiuntur, aut qui ex ancillis nostris nascuntur.

§ 2.—Ingenui sunt, qui ex matre libera nati sunt; sufficit enim liberam fuisse eo tempore, quo nascitur, licet ancilla concepit; et e contrario si libera conceperit, deinde ancilla pariat, placuit eum, qui nascitur, liberum nasci. Nec interest, iustis nuptiis concepit (1), an vulgo, quia non debet calamitas matris nocere ei, qui in ventre (2) est.

§ 3.—Ex hoc quaesitum est: si ancilla praegnans manumissa sit, deinde ancilla postea facta, aut expulsa civitate pepererit, liberum, an servum pariat? Et tamen rectius probatum est liberum nasci, et sufficere ei, qui in ventre est, liberam matrem vel medio tempore habuisse.

6. GAIUS *libro I. Institutionum* (3).—Libertini sunt, qui ex iusta servitute manumissi sunt.

7. PAULUS *libro singulari de portionibus, quae liberis damnatorum conceduntur*.—Qui in utero est, perinde ac si in rebus humanis esset, custoditur, quoties de commodis ipsius partus quaeritur, quamquam alii, antequam nascatur, nequam prosit.

8. PAPINIANUS *libro III. Quaestionum*.—Imperator Titus Antoninus rescripsit, non laedi statum liberorum ob tenorem instrumenti male concepti.

9. IDEM *libro XXXI. (4) Quaestionum*.—In multis iuris nostri articulis deterior est conditio feminarum, quam masculorum.

10. ULPIANUS *libro I. ad Sabinum*.—Quaeritur, Hermaphroditum cui comparamus? Et magis puto eius sexus aestimandum, qui in eo praevalet.

11. PAULUS *libro XVIII. Responsorum*.—Paulus respondit (5), eum, qui vivente patre et ignorante de coniunctione (6) filiae conceptus est, licet post mortem avi natus sit, iustum filium ei, ex quo conceptus est, esse non videri.

12. IDEM *libro XIX. Responsorum*.—Septimo mense nasci perfectum partum, iam receptum est propter auctoritatem doctissimi viri Hippocratis; et ideo credendum est, eum, qui ex iustis nuptiis septimo mense natus est, iustum filium esse.

13. HERMOGENIANUS *libro I. Iuris epitomarum* (7).—Servus in causa capitali fortunae iudicio a domino commissus, etsi fuerit absolutus, non fit liber.

14. PAULUS *libro IV. Sententiarum* (8).—Non

dominio ó por derecho civil, ó por el de gentes. Por derecho civil, si alguno mayor de veinticinco años consintió ser vendido para participar del precio; por derecho de gentes son esclavos nuestros, los que son cogidos de los enemigos, ó los que nacen de nuestras esclavas.

§ 2.—Son ingenuos, los que nacieron de madre libre; porque basta que haya sido libre al tiempo en que nace, aunque hubiese concebido esclava; y por el contrario, si hubiere concebido libre y después pariese esclava, plugo que el que nace, nazca libre. Y no importa, si concibió en justas nupcias, ó del vulgo, porque la calamidad de la madre no debe perjudicar al que está en el vientre.

§ 3.—Por esto se preguntó: si una esclava embarazada fuese manumitida, y hubiere parido después hecha otra vez esclava, ó expulsada de la ciudad, ¿paría un libre ó un esclavo? Y, sin embargo, se aprobó como más recto que nace un libre, y que basta al que está en el vientre haber tenido madre libre aun en el tiempo intermedio.

6. GAYO; *Instituciones, libro I*.—Son libertinos, los que han sido manumitidos de justa esclavitud.

7. PAULO; *De las porciones que se conceden á los hijos de los condenados, libro único*.—El que está en el útero es atendido lo mismo que si ya estuviese entre las cosas humanas, siempre que se trata de las conveniencias de su propio parto, aunque, antes de nacer, en manera ninguna favorezca á un tercero.

8. PAPINIANO; *Cuestiones, libro III*.—El Emperador Tito Antonino resolvió por rescripto, que no se perjudica el estado de los libres por el tenor de un documento mal concebido.

9. EL MISMO; *Cuestiones, libro XXXI*.—En muchos artículos de nuestro derecho es peor la condición de las hembras, que la de los varones.

10. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro I*.—Se pregunta, ¿á quién comparamos el hermafrodita? Y juzgo que preferentemente debe ser estimado como del sexo que en él prevalece.

11. PAULO; *Respuestas, libro XVIII*.—Paulo respondió, que aquel que fué concebido viviendo el padre é ignorando la unión de su hija, aunque haya nacido después de la muerte del abuelo, no se reputa ser hijo legítimo de aquel de quien fué concebido.

12. EL MISMO; *Respuestas, libro XIX*.—Está ya recibido por razón de la autoridad del doctísimo varón Hipócrates, que el nacer al séptimo mes es parto perfecto; y por eso se ha de creer, que el que de justas nupcias nació al séptimo mes, es hijo legítimo.

13. HERMOGENIANO; *Epítome del Derecho, libro I*.—El esclavo abandonado por su señor en una causa capital á la suerte del juicio, aunque hubiere sido absuelto, no se hace libre.

14. PAULO; *Sentencias, libro IV*.—No son hijos,

(1) conceperit, Hal.

(2) utero, Vulg.

(3) Véase Gayo Inst. I. §. 11.

(4) XXV., Hal.

(5) Paulus resp. *falsa en la Vulg.*

(6) conditione, Hal.

(7) ἡμιφροδῖν, Hal.

(8) Véase Paul. sent. rec. IV. §. 4.

sunt liberi, qui contra formam humani generis converso more procreantur, veluti si mulier monstruosum aliquid, aut prodigiosum enixa sit. Partus autem, qui membrorum humanorum officia ampliavit, aliquatenus (1) videtur effectus; et ideo inter liberos connumerabitur.

15. TRYPHONINUS *libro X. Disputationum.*—Arescusa, (2) si tres pepererit, libera esse testamento iussa, primo partu unum, secundo tres peperit; quaesitum est, an et quis eorum liber esset? Haec conditio libertati apposita iam implenda mulieri est; sed non dubitari debet, quin ultimus liber nascatur; nec enim natura permisit simul uno impetu duos infantes de utero matris excedere, ut ordine incerto nascentium non appareat, uter (3) in servitute libertateve nascatur. Incipiente igitur partu existens conditio efficit, ut ex libera edatur, quod postea nascitur; veluti si quaelibet alia conditio libertati mulieris apposita parturiente ea existat, vel manumissa sub hac conditione, si decem millia heredi Titiove dederit, eo momento, quo parit, per alium impleverit conditionem, iam libera peperisse credenda est.

16. ULPIANUS *libro VI. (4) Disputationum.*—Idem erit, si eadem Arescusa primo duo pepererat, postea geminos ediderat; dicendum est enim, non posse dici utrumque ingenuum nasci, sed eum, qui posterior nascitur. Quaestio ergo facti potius est, non iuris.

17. IDEM *libro XXII. ad Edictum.*—In orbe Romano (5) qui sunt, ex Constitutione Imperatoris (6) Antonini cives Romani effecti sunt.

18. IDEM *libro XXVII. ad Sabinum.*—Imperator Hadrianus Publicio (7) Marcello rescripsit, liberam, quae praegnans ultimo supplicio damnata est, liberum parere; et solitum esse servari eam, dum partum ederet. Sed (8) si ei, quae ex iustis nuptiis concepit, aqua et igni interdictum est, civem Romanum parit, et in potestate patris.

19. CELSUS *libro XXIX. Digestorum.*—Quum legitimae nuptiae factae sint, patrem liberi sequuntur; vulgo quaesitus matrem sequitur.

20. ULPIANUS *libro XXXVIII. ad Sabinum.*—Qui furere coepit, et statum, et dignitatem, in qua fuit, et magistratum, et potestatem videtur retinere, sicut rei suae dominium retinet.

21. MODESTINUS *libro VII. Regularum.*—Homo liber, qui se vendidit, manumissus non ad suum

los que, fuera de lo acostumbrado, son procreados con forma contraria á la del género humano, como si una mujer hubiere dado á luz alguna cosa monstruosa ó prodigiosa. Mas el parto que amplió los oficios de los miembros humanos, hasta cierto punto parece perfecto; y así, se contará entre los hijos.

15. TRIFONINO; *Disputas, libro X.*—Habiéndose dispuesto en un testamento que Arescusa fuese libre, si hubiere parido tres, en el primer parto parió uno, y en el segundo tres; se preguntó ¿si alguno sería libre y cuál de estos? Esta condición puesta para la libertad ha de estar ya cumplida para la mujer; pero no debe dudarse, que el último nazca libre; pues la naturaleza no permitió que juntamente con un sólo impulso salieran dos infantes del útero de la madre, de suerte que por el orden incierto de los que nacen no aparezca, cuál de los dos nazca en esclavitud y cuál en libertad. Así, pues, al comenzar el parto, la condición que se cumple hace, que de una libre sea dado á luz lo que después nace; á la manera que si otra cualquiera condición puesta á la libertad de la mujer se cumpliera al parir esta, ó que, manumitada bajo esta condición, si hubiere dado diez mil al heredero ó á Ticio, en el momento en que pare hubiere cumplido por medio de otro la condición, se ha de creer que parió siendo ya libre.

16. ULPIANO; *Disputas, VI.*—Lo mismo será, si la propia Arescusa habia parido dos primeramente, y después habia dado á luz dos gemelos; pues ha de decirse, que no puede reputarse que ambos nazcan ingenuos, sino el que nace postrero. Por lo que la cuestión es más bien de hecho, no de derecho.

17. EL MISMO; *Comentarios al Edicto, XXII.*—Los que están en el orbe Romano, se hicieron ciudadanos Romanos por una Constitución del Emperador Antonino.

18. EL MISMO; *Comentarios á Sabino, libro XXVII.*—El Emperador Adriano respondió por rescripto á Publicio Marcelo, que la mujer libre, que estando embarazada fué condenada á la última pena, paría un libre; y que se acostumbraba conservarla, hasta que diese á luz el parto. Pero si á la que concibió de justas nupcias se le han entredicho el agua y el fuego, pare un ciudadano Romano, y bajo la potestad del padre.

19. CELSO; *Digesto, libro XXIX.*—Cuando se hayan celebrado legítimas nupcias, los hijos siguen al padre; el concebido del vulgo sigue á la madre.

20. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XXXVIII.*—El que comenzó á enloquecer, se reputa que retiene el estado y la dignidad en que estuvo, y la magistratura y la potestad, así como retiene el dominio de sus bienes.

21. MODESTINO; *Reglas, libro VII.*—El hombre libre que se vendió á sí propio, manumitado, no

(1) alienius, *Hal.*
 (2) Arethusa, *Vulg.*
 (3) utrum, *Hal.*
 (4) VII., *Hal.*

(5) In urbe Roma, *erradamente la Vulg.*
 (6) Divi, *inserta la Vulg.*
 (7) Publio, *Hal.*
 (8) et, *inserta Hal.*

statum revertitur, quo se abdicavit, sed efficitur libertinae conditionis.

22. IDEM libro XII. *Responsorum*.—Herenius Modestinus respondit: si eo tempore enixa est ancilla, quo secundum legem donationis manumissa esse debuit, quum ex Constitutione libera fuerit, ingenuum ex ea natum.

23. IDEM libro I. *Pandectarum* (1).—Vulgo concepti dicuntur, qui patrem demonstrare non possunt, vel qui possunt quidem, sed eum habent, quem habere non licet; qui et spurii appellantur παρά τὴν σποράν [a satione].

24. ULPIANUS libro XXVII. (2) *ad Sabinum*.—Lex naturae haec est, ut qui nascitur sine legitimo matrimonio, matrem sequatur, nisi lex specialis aliud inducit.

25. IDEM libro I. *ad legem Iuliam et Papiam*.—Ingenuum accipere debemus etiam eum, de quo sententia lata est, quamvis fuerit libertinus; quia res iudicata pro veritate accipitur.

26. IULIANUS libro LXIX. (3) *Digestorum*.—Qui in utero sunt, in toto paene iure civili intelliguntur in rerum natura esse. Nam et legitimae hereditates his restituntur, et si praegnans mulier ab hostibus capta sit, id quod natum erit, postliminium habet, item patris vel matris conditionem sequitur. Praeterea si ancilla praegnans surrepta fuerit, quamvis apud bonae fidei emtorem pepererit, id quod natum erit, tamquam furtivum usu non capitur. His consequens est, ut libertus quoque, quamdiu patroni filius nasci possit, eo iure sit, quo sunt, qui patronos habent.

27. ULPIANUS libro V. *Opinionum*.—Eum, qui se libertinum esse fatetur, nec adoptando patronus ingenuum facere potuit.

TIT. VI

DE HIS, QUI SUI VEL ALIENI IURIS SUNT

[Cf. Cod. VIII. 47].

1. GAIUS I. *Institutionum* (4).—De iure personarum alia divisio sequitur, quod quaedam personae (5) sui iuris sunt, quaedam alieno iuri subiectae sunt. Videamus itaque de his, quae alieno iuri subiectae sunt; nam si cognoverimus, quae istae personae sunt, simul intelligemus, quae sui iuris sunt; dispiciamus itaque de his, quae in aliena potestate sunt.

§ 1.—Igitur in potestate sunt servi dominorum. Quae quidem potestas iuris gentium est; nam apud omnes peraeque gentes animadvertere possumus, domini in servis vitae necisque po-

vuelve á su estado, sino que se hace de condición libertino.

22. EL MISMO; *Respuestas, libro XII*.—Herenio Modestino respondió: si una esclava parió al tiempo en que según la ley de la donación debió estar manumitida, como quiera que por una Constitución habría sido libre, lo que de ella nace es ingénuo.

23. EL MISMO; *Pandectas, libro I*.—Se dicen concebidos del vulgo, los que no pueden demostrar padre, ó los que ciertamente pueden, pero tienen el que no es lícito tener; los que también son llamados espúreos, que se deriva de *siembra*.

24. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XXVII*.—La ley de la naturaleza es esta, que el que nace fuera de legitimo matrimonio, siga á la madre, salvo si una ley especial determina otra cosa.

25. EL MISMO; *Comentarios á la ley Julia y Papia, libro I*.—Debemos admitir también como ingénuo á aquel respecto del que se profirió sentencia, aunque fuere libertino; porque la cosa juzgada se tiene por verdad.

26. JULIANO; *Digesto, libro LXIX*.—Los que están en el útero, se reputa en casi todo el derecho civil que son como nacidos. Porque á estos se restituyen también las herencias legítimas, y si una mujer embarazada hubiere sido hecha prisionera por los enemigos, lo que hubiere nacido tiene el derecho de postliminio, y sigue también la condición del padre ó de la madre. Además de esto, si una esclava embarazada hubiere sido hurtada, aunque hubiere parido en poder de un comprador de buena fe, lo que hubiere nacido, como cosa hurtada, no se usucapirá. Á esto es consiguiente, que también el liberto, mientras pueda nacer un hijo del patrono, sea de aquel derecho de que son los que tienen patronos.

27. ULPIANO; *Opiniones, libro V*.—A aquel que confiesa que es libertino, ni adoptándolo pudo el patrono hacerlo ingénuo.

TÍTULO VI.

DE LOS QUE SON DUEÑOS DE SÍ, Ó ESTÁN BAJO LA POTESTAD DE OTRO

[Véase Cod. VIII. 47.]

1. GAYO; *Instituta, libro I*.—Siguese otra división en el derecho respecto á las personas, porque unas personas son dueñas de sí mismas, y otras están sujetas á ajena potestad. Y así, veamos las que están sujetas á la potestad de otro; porque luego que hubiéremos conocido cuales son estas personas, al mismo tiempo comprenderemos cuales son dueñas de sí mismas; tratemos, pues, de las que están en ajena potestad.

§ 1.—Así, pues, los esclavos están bajo la potestad de los señores. Cuya potestad es ciertamente de derecho de gentes; porque en todas las naciones podemos observar igualmente, que los due-

(1) πανδεκτών, Hal.
(2) lib. XXII., Hal.
(3) lib. LXVIII., Hal.

(4) Gayo Inst. I. §. 48. 50—53.
(5) personae, falta en Hal.

testatem fuisse; et quodcumque per servum acquiritur, id domino acquiritur (1).

§ 2.—Sed hoc tempore nullis hominibus, qui sub imperio Romano sunt, licet supra modum et sine causa legibus cognita in servos suos saevire. Nam ex Constitutione Divi (2) Antonini qui sine causa servum suum occiderit, non minus puniri iubetur, quam qui alienum servum occiderit. Sed et maior asperitas dominorum eiusdem Principis Constitutione coercetur.

2. ULPIANUS libro VIII. de officio Proconsulis.— Si dominus in servos saevierit, vel ad impudicitiam turpemque violationem compellat, quae sint partes Praesidis, ex rescripto Divi Pii ad Aelium Marcianum Proconsulem Baeticae (3), manifestabitur. Cuius rescripti verba haec sunt: «Dominorum quidem potestatem in suos servos illibatam esse oportet, nec cuiquam hominum ius suum detrahi; sed dominorum interest, ne auxilium contra saevitiam, vel famem, vel intolerabilem iniuriam denegetur his, qui iuste deprecantur. Ideoque cognosce de querelis eorum, qui ex familia Iulii Sabini ad statuam confugerunt; et si vel durius habitos, quam aequum est, vel infami iniuria affectos cognoveris, venire (4) iube, ita ut in potestate domini non revertantur; qui si meae Constitutioni fraudem fecerit, sciet me admissum severius executurum». Divus etiam Hadrianus Umbricium quandam matronam in quinquennium relegavit, quod ex levissimis causis ancillas atrocissime tractasset.

3. GAIUS libro I. Institutionum (5).—Item in potestate nostra sunt liberi nostri, quos ex iustis nuptiis procreaverimus (6); quod ius proprium civium Romanorum est.

4. ULPIANUS libro I. Institutionum.—Nam civium Romanorum quidam sunt patresfamiliarum, alii filiifamiliarum, quaedam matresfamiliarum, quaedam filiaefamiliarum. Patresfamiliarum sunt, qui sunt suae potestatis, sive puberes, sive impuberes; simili modo matresfamiliarum. Filiifamiliarum et filiae, quae (7) sunt in aliena potestate. Nam qui ex me et uxore mea nascitur, in mea potestate est; item qui ex filio meo et uxore eius nascitur, id est nepos meus et neptis, aequae in mea sunt potestate; et pronepos (8) et proneptis, et deinceps ceteri.

5. IDEM libro XXXVI. ad Sabinum (9).—Nepotes ex filio, mortuo avo, recidere solent in filii potestatem, hoc est patris sui (10); simili modo et pronepotes, et deinceps, vel in filii potestate, si vivit et in familia mansit, vel in

filios tuvieron potestad de vida y muerte sobre los esclavos; y todo lo que se adquiere por medio del esclavo, se adquiere para el señor.

§ 2.—Pero en la actualidad no es lícito á ningún hombre, de los que están bajo el imperio Romano, ensañarse sobre manera y sin causa reconocida por las leyes con sus esclavos. Porque según una Constitución del Divino Antonino, el que sin causa hubiese matado á su esclavo, es mandado castigar no menos que el que hubiere matado á un esclavo ajeno. Y aún la excesiva aspereza de los señores se reprime también por una Constitución del mismo Príncipe.

2. ULPIANO; *Del Cargo de Procónsul, libro VIII.*—Si el señor se hubiere conducido cruelmente con los esclavos, ó los compeliere á deshonestidad y á torpe violación, se manifestará por el rescripto del Divino Pio, dirigido á Elio Marciano, Procónsul de la Bética, cuál sea la incumbencia del Presidente. De cuyo rescripto estas son las palabras: «Conviene en verdad que se conserve ilesa la potestad de los señores sobre sus esclavos, y que á ningún hombre se arranque su derecho; pero interesa á los señores, que no se deniegue el auxilio contra la sevicia, ó el hambre, ó una injuria intolerable, á aquellos que lo piden con justicia. Por tanto, conoce de las querellas de aquellos que de la familia de Julio Sabino se refugiaron á la estatua; y si hubieres conocido que ó han sido tratados más duramente que lo que es equitativo, ó que se les ha inferido una injuria infame, manda que sean vendidos, de suerte que no vuelvan bajo la potestad de su señor; quien, si burlare mi constitución, sabrá que estoy dispuesto para ejecutarla más severamente». También el Divino Adriano desterró por cinco años á cierta matrona, llamada Umbricia, porque por levísimos motivos había tratado cruelísimamente á sus esclavas.

3. GAYO; *Instituta, libro I.*—También están bajo nuestra potestad nuestros hijos, que hubiéremos procreado de justas nupcias; cuyo derecho es propio de los ciudadanos Romanos.

4. ULPIANO; *Instituta, libro I.*—Porque de los ciudadanos Romanos algunos son padres de familia, otros hijos de familia, algunas madres de familia, y otras hijas de familia. Son padres de familia, los que son de su propia potestad, ya puberes, ya impuberes; y del mismo modo las madres de familia. Son hijos é hijas de familia, los que están en ajena potestad. Porque el que nace de mí y de mi mujer, está en mi potestad; también el que nace de mi hijo y de su mujer, esto es, mi nieto y mi nieta, están igualmente en mi potestad; y lo mismo mi biznieto y mi biznieta, y sucesivamente los demás.

5. EL MISMO; *Comentarios á Sabino, libro XXXVI.*—Los nietos habidos de un hijo, muerto el abuelo, suelen recaer en la potestad del hijo, esto es, de su padre; del mismo modo también los biznietos y los demás descendientes, ó en la potestad

(1) acquiri, Hal.
(2) Vulg. inserta Pii.
(3) Veticæ, Taur.; Uticæ, Vulg.
(4) venire, Hal.
(5) Gayo Inst. I. §. 55.

(6) procreavimus, Hal. y Gayo.
(7) Filii vero et filiae familiarum, qui, Hal.
(8) Según anotación de Br.
(9) ad edictum, Hal.
(10) hoc est patris sui, falta en Hal.

eius parentis, qui ante eos in potestate est. Et hoc non tantum in naturalibus, verum in adoptivis quoque iuris est.

6. IDEM libro IX. ad Sabinum.—Filius eum definimus, qui ex viro et uxore eius nascitur. Sed si fingamus abfuisse maritum, verbi gratia per decennium, reversum anniculum invenisse in domo sua, placet nobis Iuliani sententia, hunc non esse mariti filium. Non tamen ferendum Iulianus ait eum, qui cum uxore sua assidue moratus nolit filium agnoscere, quasi non suum. Sed mihi videtur, quod et Scaevola probat, si constet maritum aliquamdiu cum uxore non concubuisse infirmitate interveniente vel alia causa, vel (1) si ea valetudine paterfamilias fuit, ut generare non possit, hunc, qui in domo natus est, licet vicinis scientibus, filium non esse.

7. IDEM libro XXV. ad Sabinum.—Si qua poena pater fuerit affectus, ut vel civitatem amittat, vel servus poenae efficiatur, sine dubio nepos filii loco succedit.

8. IDEM libro XXVI. ad Sabinum.—Patre furioso liberi nihilominus in patris sui potestate sunt. Idem et in omnibus est parentibus, qui habent liberos in potestate; nam quum ius potestatis moribus sit receptum, nec possit desinere quis habere in potestate, nisi exierint liberi quibus casibus solent, nequaquam dubitandum est, remanere eos in potestate. Quare non solum eos liberos in potestate habebit, quos ante furorem genuit, verum et si qui ante furorem concepti in furore editi sunt; sed et si in furore agente eo uxor concipiat, videndum, an in potestate eius nascatur filius; nam furiosus licet uxorem ducere non possit, retinere tamen matrimonium potest. Quod quum ita se habeat, in potestate filium habebit. Proinde et si furiosa sit uxor, ex ea ante conceptus in potestate nascetur; sed et in furore eius conceptus ab eo, qui non furebat, sine dubio in potestate nascetur, quia retinetur matrimonium. Sed et si ambo in furore agant, et uxor et maritus, et tunc concipiat, partus in potestate patris nascetur (2), quasi voluntatis reliquiis in furiosis manentibus; nam quum consistat matrimonium altero furente, consistet (3) et utroque.

§ 1.—Adeo autem retinet ius potestatis pater furiosus, ut et acquiratur illi commodum eius, quod filius acquisivit.

9. POMPONIUS libro XVI. ad Quintum Mucium.—Filiusfamilias in publicis causis loco patrisfamilias habetur, veluti ut (4) magistratum gerat, ut tutor detur

10. ULPIANUS libro IV. ad Legem Iuliam et

del hijo, si vive y permaneció en la familia, ó en la de su ascendiente que antes que ellos está bajo potestad. Y esto es de derecho no sólo respecto á los hijos naturales, sino también de los adoptivos.

6. EL MISMO; *Comentarios á Sabino, libro IX.*—Definimos que es hijo aquel que nace del marido y de su mujer. Pero si supusiéramos que el marido estuvo ausente, por ejemplo, diez años, y que después que volvió encontró en su casa un niño de un año, nos place el parecer de Juliano, de que este no es hijo del marido. Mas dice Juliano, que no ha de consentirse que aquel que cohabitó asiduamente con su mujer no quiera reconocer al hijo, como si no fuera suyo. Pero me parece, y lo aprueba también Scévola, que, si constare que el marido no yació por algún tiempo con su mujer por razón de enfermedad ó por otra causa, ó quasi el padre de familia tuvo tal enfermedad que no pudiera engendrar, este que nació en su casa, aunque lo sepan los vecinos, no es hijo suyo.

7. EL MISMO; *Comentarios á Sabino, libro XXV.*—Si el padre hubiere sido condenado con alguna pena, de suerte que ó pierda la ciudadanía, ó se haga esclavo de la pena, sin duda el nieto sucede en lugar del hijo.

8. EL MISMO; *Comentarios á Sabino, libro XXVI.*—Aunque el padre esté loco, sin embargo los hijos se hallan bajo la potestad de su padre. Y lo mismo sucede respecto á todos los ascendientes, que tienen descendientes bajo su potestad; porque como el derecho de potestad se haya recibido por la costumbre, y no pueda uno dejar de tener en potestad á otros, si los descendientes no hubieren salido de ella en los casos que suelen, de ningún modo ha de dudarse, que ellos permanecen bajo la potestad. Por lo cual, no sólo tendrá en potestad á los hijos que engendró antes de la locura, sino también á los que, concebidos antes de ella, fueron dados á luz ya presa de la locura. Pero si, estando loco, su mujer concibiera, se ha de ver si el hijo nace en su potestad; porque el loco aunque no pueda casarse, puede, sin embargo mantener su matrimonio. Y siendo esto así, tendrá al hijo bajo su potestad. Por lo tanto, también si la mujer estuviere loca, el concebido antes en ella nacerá en potestad; pero también el concebido durante su locura de aquel que no estaba loco, nacerá sin duda bajo potestad, porque se conserva el matrimonio. Pero si ambos, marido y mujer, estuvieran locos, y entonces concibiera la mujer, el parto nacerá bajo la potestad del padre, como si en los locos quedaran reliquias de voluntad; porque subsistiendo el matrimonio estando loco uno de ellos, también subsistirá estándolo ambos.

§ 1.—Y de tal manera el padre loco retiene el derecho de potestad, como que adquiere también para sí el provecho de lo que su hijo adquirió.

9. POMPONIO; *Comentarios á Quinto Mucio, libro XVI.*—El hijo de familia es tenido en lugar de padre de familia en las cosas públicas, como para que desempeñe la magistratura, y sea nombrado tutor.

10. ULPIANO; *Comentarios á la ley Julia y Pa-*

(1) velut, Hal.

(2) quia retinetur matrimonium, inserta la Vulg.

(3) constat, Vulg.

(4) veluti si vel m. g. vel tutor detur, Hal.

Papian.—Si iudex nutrire vel alii oportere pronuntiaverit, dicendum est, de veritate quaerendum, filius sit, an non; neque enim alimentorum causa veritati facit praeiudicium.

11. *MODESTINUS libro I. Pandectarum.*—Inviti filii naturales, vel emancipati non rediguntur in patriam potestatem.

TIT. VII.

DE ADOPTIONIBUS ET EMANCIPATIONIBUS ET ALIIS MODIS, QUIBUS (1) POTESTAS SOLVITUR.

[Cf. Cod. VIII. 48. 49. 50.]

1. *MODESTINUS libro II. Regularum.*—Filiis familias (2) non solum natura, verum et adoptionibus faciunt.

§ 1.—Quod adoptionis nomen est quidem generale; in duas autem species dividitur, quarum altera adoptio similiter dicitur, altera arrogatio. Adoptantur filii familias (3); arrogantur, qui sui iuris sunt.

2. *GAIUS libro I. Institutionum (4).*—Generalis enim adoptio duobus modis fit: aut Principis auctoritate, aut magistratus imperio. Principis auctoritate adoptamus eos, qui sui iuris sunt; quae species adoptionis dicitur arrogatio, quia et is, qui adoptat, rogatur, id est interrogatur, an velit eum, quem adoptaturus sit, iustum sibi filium esse, et is, qui adoptatur, rogatur, an id fieri patiat. Imperio magistratus adoptamus eos, qui in potestate parentis sunt, sive primum gradum liberorum obtineant, qualis est filius, filia, sive inferiorem, qualis est nepos, neptis, pronepos, proneptis.

§ 1.—Illud utriusque adoptionis commune est, quod et hi, qui generare non possunt, quales sunt spadones, adoptare possunt (5).

§ 2.—Hoc vero proprium est eius adoptionis, quae per Principem fit, quod is, qui liberos in potestate habet, si se arrogandum dederit, non solum ipse potestati arrogatoris subiicitur, sed et liberi eius in eiusdem fiunt (6) potestate tanquam nepotes.

3. *PAULUS libro IV. ad Sabinum.*—Si Consul vel Praeses filius familias sit, posse eum apud semetipsum vel emancipari, vel in adoptionem dari constat.

4. *MODESTINUS libro II. Regularum.*—Magistratum, apud quem legis actio est, et emancipare filios suos, et in adoptionem dare apud se posse Neratii sententia est.

5. *CELSUS libro XXVIII. Digestorum.*—In adoptionibus eorum duntaxat (7), qui suae potestatis sunt, (8) voluntas exploratur; sin autem a patre dantur in adoptionem, in his utriusque arbitrium spectandum (9) est vel consentiendo, vel non contradicendo.

(1) PATRIA, inserta Hal. IUS PATRIAE POTESTATIS, Vulg.
(2) Fil. familiarum, Hal.
(3) Al. familiarum, Hal.
(4) Gajo Inst. I. §. 98. 99. 103. 107.
(5) castrati autem non possunt, adden Hal. y Gajo.

pia, libro IV.—Si el juez hubiere sentenciado que debe criarse ó darse alimentos á alguien, se ha de decir, que debe investigarse la verdad de si este es ó no hijo; pues el juicio de alimentos no prejuzga la verdad.

11. *MODESTINO; Pandectas, libro I.*—Los hijos naturales ó los emancipados no son reducidos contra su voluntad á la patria potestad.

TÍTULO VII.

DE LAS ADOPCIONES Y EMANCIPACIONES, Y DE OTROS MODOS POR LOS QUE SE DISUELVE LA POTESTAD.

[Véase Cód. VIII. 48. 49. 50.]

1. *MODESTINO; Reglas, libro II.*—No sólo la naturaleza, sino también las adopciones, hacen hijos de familia.

§ 1.—Cuya palabra adopción es ciertamente genérica; divídese, empero, en dos especies, una de las que se llama del mismo modo adopción, y la otra arrogación. Se adoptan, los hijos de familia; se arrogan, los que son dueños de sí mismos.

2. *GAYO; Instituta, libro I.*—Porque la adopción general se hace de dos modos: ó con la autoridad del Príncipe, ó por potestad del magistrado. Con la autoridad del Príncipe adoptamos á aquellos que son dueños de sí mismos; cuya especie de adopción se llama arrogación, porque el que adopta es preguntado, esto es, interrogado, si quiere que aquel, á quien haya de adoptar, sea para él hijo legítimo, y el que es adoptado es preguntado si consiente que esto se efectúe. Con potestad del magistrado adoptamos á los que están bajo potestad de un ascendiente, ya ocupen el primer grado de descendientes, como el hijo y la hija, ya otro inferior, como el nieto y la nieta, el biznieto y la biznieta.

§ 1.—Esto es común á una y otra adopción, que aún aquellos que no pueden engendrar, como son los espadones, pueden adoptar.

§ 2.—Mas es propio de la adopción que se hace por medio del Príncipe, que aquel que tiene hijos bajo su potestad, si se hubiere dado en arrogación, no sólo él mismo se somete á la potestad del arrogador, sino que también sus hijos se constituyen bajo la potestad del mismo, como nietos.

3. *PAULO; Comentarios á Sabino, libro IV.*—Si el hijo de familias fuese Cónsul ó Presidente, es cosa cierta que puede ó emanciparse ó darse en adopción ante sí mismo.

4. *MODESTINO; Reglas, libro II.*—Es opinión de Neracio, que el magistrado, en quien reside la acción de la ley, puede emancipar á sus hijos y darlos en adopción ante sí mismo.

5. *CELSO; Digesto, libro XXVIII.*—En las adopciones de aquellos que son dueños de sí mismos, se explora únicamente su voluntad; pero si son dados por el padre en adopción, se ha de atender á la voluntad de uno y otro, ya sea consintiendo, ó ya no contradiciendo.

(6) sunt, Hal.
(7) duntaxat, omitela Hal.
(8) ipsorum duntaxat, inserta Hal.
(9) expectandum, Hal.

6. PAULUS *libro XXXV. ad Edictum.*—Quum nepos adoptatur quasi ex filio natus, consensus filii exigitur. Idque etiam Iulianus scribit.

7. CELSUS *libro XXXIX. (1) Digestorum.*—Quum adoptio fit, non est necessaria in eam rem auctoritas eorum, inter quos iura agnationis consequuntur.

8. MODESTINUS *libro II. Regularum.*—Quod (2), ne curatoris auctoritas intercederet in arrogatione, ante tenuerat, sub Divo Claudio recte mutatum est.

9. ULPIANUS *libro I. ad Sabinum.*—Etiam caecus adoptare, vel adoptari potest.

10. PAULUS *libro II. ad Sabinum.*—Si quis nepotem quasi ex filio natum, quem in potestate habet, consentiente filio adoptaverit, non agnascitur avo suus heres; quippe quum post mortem avi quasi in patris sui recidit potestatem.

11. IDEM *libro IV. ad Sabinum.*—Si is, qui (3) filium haberet, in nepotis locum adoptasset, perinde atque si ex eo (4) filio natus esset, et is (5) filius auctor factus non esset, mortuo avo non esse nepotem in potestate filii.

12. ULPIANUS *libro XIV. ad (6) Sabinum.*—Qui liberatus est patria potestate, is postea in potestatem honeste reverti non potest, nisi adoptione (7).

13. PAPINIUS *libro XXXVI. (8) Quaestionum.*—In omni fere iure, finita patris adoptivi potestate, nullum ex pristino retinetur vestigium; denique et patria dignitas quaesita per adoptionem finita ea deponitur.

14. POMPONIUS *libro V. ad Sabinum.*—Sed etiam nepos ex filio apud adoptatum (9) patrem conceptus et natus per emancipationem iura omnia perdit.

15. ULPIANUS *libro XXVI. ad Sabinum.*—Si paterfamilias adoptatus sit, omnia, quae eius fuerunt et acquiri possunt, tacito iure ad eum transeunt, qui adoptavit; hoc amplius liberi eius, qui in potestate sunt, eum sequuntur; sed et hi, qui postliminio redeunt, vel qui in utero fuerunt, quum arrogaretur, simili modo in potestatem arrogatoris rediguntur.

§ 1.—Qui duos filios et ex altero eorum nepotem habet, si vult nepotem quasi ex altero natum sic (10) adoptare, potest hoc efficere, si eum emancipaverit, et sic adoptaverit quasi ex altero natum; facit enim hoc quasi quilibet, non quasi avus, et qua ratione quasi ex quolibet natum potest adoptare, ita potest et quasi ex altero filio.

6. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XXXV.*—Cuando se adopta por nieto como nacido de un hijo, se exige el consentimiento del hijo. Y esto mismo escribe también Juliano.

7. CELSO; *Digesto, libro XXXIX.*—Cuando se hace una adopción, no es necesaria en ella la autoridad de aquellos entre quienes son consiguiendo los derechos de agnación.

8. MODESTINO; *Reglas, libro II.*—Lo que antes se había observado, de que la autoridad del curador no interviniese en la arrogación, fué justamente cambiado en tiempo del Divino Claudio.

9. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro I.*—También el ciego puede adoptar, ó ser adoptado.

10. PAULO; *Comentarios á Sabino, libro II.*—Si alguno hubiere adoptado á un extraño por nieto, como nacido del hijo que tiene bajo su potestad, consintiéndolo tal hijo, no le nace al abuelo un heredero suyo; como quiera que después de la muerte del abuelo recae bajo la potestad del que es como padre suyo.

11. EL MISMO; *Comentarios á Sabino, libro III.*—Si el que tuviese un hijo, hubiere adoptado á un extraño en lugar de nieto, igualmente que si hubiese nacido de su hijo, y este hijo no hubiese prestado su consentimiento, muerto el abuelo, no está el nieto en la potestad del hijo.

12. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XIV.*—El que quedó libre de la patria potestad, no puede después volver decorosamente á la potestad, sino por la adopción.

13. PAPINIANO; *Cuestiones, libro XXXVI.*—En casi todo derecho, extinguida la potestad del padre adoptivo, no queda vestigio alguno del primitivo; finalmente, también se pierde la dignidad de padre adquirida por la adopción, cuando esta termina.

14. POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro V.*—Pero también el nieto concebido y nacido del hijo en poder del padre adoptado, pierde por la emancipación todos los derechos.

15. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XXVI.*—Si un padre de familia hubiere sido adoptado, todos los bienes que fueron de él y para él pueden adquirirse, pasan por derecho tácito á aquel que le adoptó; y además de esto le siguen sus hijos que están bajo su potestad; y aun aquellos que vuelven á ella por el derecho de postliminio, ó que estuvieron en el útero cuando se arrogare, se reducen de igual modo á la potestad del arrogador.

§ 1.—El que tiene dos hijos y de uno de ellos un nieto, si quiere adoptar al nieto así como nacido del otro, puede hacerlo, si lo hubiere emancipado, y de este modo lo hubiere adoptado como nacido del otro; pues hace esto como un cualquiera, no como abuelo, y por la misma razón que puede adoptarlo como nacido de un extraño, así puede también como de su otro hijo.

(1) XXXVIII., Hal.

(2) Quod ut nec, Hal., omitiendo ne.

(3) Si quia, cum, Hal.

(4) eo, omitela Hal.

(5) is, omitela Hal.

(6) Massurium, inserta Br. conforme al Fl.

(7) sed si semel fuerit adoptatus, amplius adoptari non potest, añade la Vulg.

(8) XXXVIII., Hal.

(9) adoptivum, Hal.

(10) sic, omitela Hal.; natus sit, Vulg.

§ 2.—In arrogationibus cognitio vertitur, num forte minor sexaginta annis sit, qui arrogat, quia magis liberorum creationi studere debeat, nisi forte morbus aut valetudo in causa sit, aut alia iusta causa arrogandi, veluti si coniunctam sibi personam velit adoptare.

§ 3.—Item non debet quis plures arrogare, nisi ex iusta causa; sed nec libertum alienum, nec maiorem minor.

16. JAVOLENUS libro VI. ex Cassio.—Adoptio enim in his personis locum habet, in quibus etiam natura potest habere.

17. ULPIANUS libro XXVI. ad Sabinum.—Nec ei permittitur arrogare, qui tutelam vel curam alicuius administravit, si minor viginti quinque annis sit, qui arrogatur; ne forte eum ideo arroget, ne rationes reddat. Item inquirendum est, ne forte turpis causa arrogandi subsit.

§ 1.—Eorum duntaxat pupillorum arrogatio permittenda est his, qui vel naturali cognatione, vel sanctissima affectione ducti adoptarent, ceterorum prohibenda, ne esset in potestate tutorum et finire tutelam, et substitutionem a parente factam extinguere.

§ 2.—Et primum quidem excutiendum erit, quae facultates pupilli sint, et quae eius, qui adoptare eum velit, ut aestimetur ex comparatione earum, an salubris adoptio possit pupillo intelligi; deinde, cuius vitae sit is, qui velit pupillum redigere in familiam suam; tertio, cuius idem aetatis sit, ut aestimetur, an melius sit de liberis procreandis cogitare eum, quam ex aliena familia quemquam redigere in potestatem suam.

§ 3.—Praeterea videndum est, an non (1) debeat permitti ei, qui vel unum habebit, vel plures liberos, adoptare alium; ne aut illorum, quos iustis nuptiis procreaverit, deminuat spes, quam unusquisque liberorum obsequio parat sibi; aut qui adoptatus fuit, minus percipiat, quam dignum erit eum consequi.

§ 4.—Interdum et ditioem permittetur adoptare pauperiori, si vitae eius sobrietas clara sit, vel affectio honesta nec incognita.

§ 5.—Satisfactio autem in his casibus dari solet.

18. MARCELLUS libro XXVI. Digestorum.—Non aliter enim voluntati eius, qui arrogare pupillum volet, si causam eius ob alia probabit, subscribendum erit, quam si caverit servo publico, se restitutum ea, quae ex bonis eius consecutus fuerit, illis, ad quos res perventura esset, si arrogatus permansisset in suo statu.

19. ULPIANUS libro XXVI. ad Sabinum.—His verbis satisfactionis, quae ab arrogatore praestari debet: «ad quos ea res pertinet», et libertatibus prospectum esse, quae secundis tabulis datae sunt, et multo magis substituto servo, item legatariis, nemo dubitat.

§ 2.—En las arrogaciones se debe examinar, si por acaso es menor de sesenta años el que arroga, porque deba atender preferentemente á la procreación de hijos, salvo si una enfermedad ó la mala salud fuere el motivo, ó si hubiese otra justa causa para arrogar, como si quisiere adoptar á una persona pariente suyo.

§ 3.—Tampoco debe nadie arrogar á muchos, sino por justa causa; pero ni al liberto ageno, ni el menor al mayor.

16. JAVOLENO; *Doctrina de Casio, libro VI.*—Pues la adopción tiene lugar en aquellas personas, en quienes también la naturaleza puede tenerlo.

17. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XXVI.*—Y no se permite al que administró la tutela ó la curatela de alguno arrogar á éste, si fuese menor de veinticinco años el que es arrogado; no sea que lo arrogue, para no rendir cuentas. También se ha de inquirir, si para la arrogación hubiere quizá oculta alguna causa torpe.

§ 1.—Ha de permitirse la arrogación de estos pupilos solamente á aquellos que los adoptaren llevados ó del natural parentesco, ó de un purísimo afecto, debiendo estar prohibida la de los demás, para que no esté al arbitrio de los tutores el poner término á la tutela, y el extinguir la sustitución hecha por el ascendiente.

§ 2.—Y en verdad que ante todo deberá examinarse, qué bienes tenga el pupilo, y cuáles el que lo quiera adoptar, para que se estime por su comparación, si la adopción puede entenderse conveniente para el pupilo; en segundo lugar, de qué género de vida sea aquel que quiera agregar el pupilo á su familia; en tercer lugar, de qué edad sea el mismo, para que se juzgue, si sería mejor que pensara en procrear hijos, que en reducir á su potestad á otro de una familia extraña.

§ 3.—Además de esto se ha de ver, si no se debe permitir al que tuviere uno ó varios hijos adoptar á otro; ó para que no se disminuya á los que hubiere procreado de justas nupcias la esperanza que cada uno de estos hijos se procure con su obsequio; ó para que el que fué adoptado no perciba menos de lo que fuere digno que consiga.

§ 4.—Algunas veces se permitirá también al más pobre adoptar al más rico, si fuera patente la sobriedad de su vida, ó una afeción honrada y evidente.

§ 5.—Pero en estos casos suele darse fianza.

18. MARCELO; *Digesto, libro XXVI.*—No se deberá, pues, asentir á la pretensión del que quiera arrogar á un pupilo, aun cuando por otros motivos probare su intención, de otro modo que si hubiere dado caución al esclavo público, de que habrá de restituir lo que de los bienes del pupilo hubiere percibido, á aquellos á quienes habría correspondido la hacienda, si el arrogado hubiese permanecido en su estado.

19. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XXVI.*—Nadie duda que con estas palabras de la fianza, que por el arrogador debe prestarse: «á aquellos á quienes esta hacienda pertenece», se ha atendido también á las libertades que se han dado en segundas tablas, y mucho más al esclavo sustituido, así como á los legatarios.

(1) non, omittitela la Vulg.